CREMONENSIUM
MONUMENTA

ROMÆ EXTANTIA

COLLEGIT ATQUE ILLUSTRAVIT

F. THOM. AUGUSTINUS VAIRANI
ORDINIS PRÆDICATORUM

PARS II.



EXCUDEBAT ROMÆ
GENEROSUS SALOMONIUS

PUBLICA AUCTORITATE
MDCCLXXVIII.

AUCTOR LIBRUM TRIBUIT IN OUAS PARTES UT UNO VOLUMINE SEPARATIM CONTINERENTUR A SE EOITA PLATINÆ OPUSCULA QUIBUS ABSOLUTIS VELUTI ALIO DIVERTERIT PAULLO LONGIUS REOIT JAM IN VIAM.

MONITUM ETIAM LECTOREM VULT QUOSOAM AB EO CONTENOERE UT LATINAS FACIAT EPISTOLAS QUAS ITALICE ET GALLICE ANTEA SCRIPSIT. SED IPSUM NOLLE MUTARE FACTUM VULGATUMQUE QUOO NEMO JURE REPREHENOET.



MARCO HIERONYMO VIDÆ CREMONENSI
ALBÆ POMPEIÆ EPISCOPO
QVOD CHRISTIADEM HEIC ABSOLVERIT
NE HVIVS REI MEMORIA EXCIDAT
CARMELITÆ DISCALCEATI
QVIBVS AN. MDCV. ADSIGNATÆ DATÆ ÆDES
MON. P.







HIERONYMO MANARA

Abbati Canonicorum Regularium Lateranensium S. Petri Cremonæ

FR. THOMAS AUGUSTINUS VAIRANI ORD. PRÆD. F.



N summo monte prope Tusculum ad orientem solem XIV. ab Urbe lapide est oppidum, quod veteres Montem Compatrum (vulgo *Compatri*) dixerunt: cujus maxime edita pars, cornu figuram exhibens, olim mons Corneus, nunc S. Sylvestri appellatur, propterea quod in illius honorem Deo dicatum eo in loco jam inde a quarto Ecclesiæ seculo templum fuit. Vetus enim apud Compatrenses opinio est, permultos christianos in eum montem se se recipere consuevisse, sæviente præsertim Diocletiani Imp. persecutione, quos S. Sylvester antea quam Pontifex crearetur sæpe inviseret, iisque verbum Dei, & sacra ministraret. Eundem in locum S. Sylvestrum, quum esset Pontifex, quandoque petivisse Vida innuit in hymno, quem cecinit *Divo Sylvestro*; quo factum est, ut templum illud sanctissimi Pontificis nomine ædificaretur. Idem Templum, cui totus fere mons Corneus addictus erat, seculo XV. a nobilissima Annibaldensium familia possidebatur jure, ut vocant, patronatus. Contigit vero anno 1448. ut, "quum nobiles Romani, inquit Penottus lib. 3. c. 25. *Historiæ tripartitæ generalis totius Ordinis Clericorum Canonicorum*, La-

teranensem Basilicam per nostros optime reformatam, & divinum cultum in illa restitutum aspexissent .... Dominus Annibaldus de Annibaldis de Molaria accedens ad Ven. Ecclesiam prædictam, sponte obtulerit D. Aurelio Priori, & Capitulo, & societati Canonicorum, & toti Congregationi Lateranensi Ecclesiam S. Sylvestri prope Castrum Montis Compatrum cum omnibus illius bonis, juribus, & pertinentiis in perpetuum ", Nicolao V. diplomate donationem confirmante. Seculo fere integro montem illum, amplificatis ædibus, Canonici Lateranenses incoluerunt. Anno 1542. Paulus III., ut idem Penottus scribit, *dictum Monasterium a Congregatione separavit, accedente consensu Rectoris Generalis*, cui ob summam Pontificis æquitatem, non minus accessit bonorum in agro Cremonensi, quam Romæ reliquerat. Illud vero ipsum Monasterium, ut *Abbatiæ* titulo impofterum gauderet, idem Pont. statuit. Sed iterum ejus loci mutata conditio anno 1605. tali modo. Erat eo tempore Abbas S. Sylvestri amplissimus Præsul Thomas genere d' Avalos benevolentia, & liberalitate in Carmelitas discalceatos insigni. Hic initio ejus anni Abbatiam ipsam ad Clementem VIII. detulit, optans, ut Carmelitis suis Pontificia auctoritate perpetuo possidenda traderetur: cui res pro voto cessit, ab ejusque anni die 17. Apr. locum illum Carmelitæ obtinuerunt, ac novum deinde eodem nomine Templum, & Monasterium pene a fundamentis excitarunt. Hoc loco a Carmelitis Vidæ, Canonico olim Lateranensi, monumentum, quod in lucem emitto, positum fuit. In qua enarranda historia plusculum temporis insumere malui, quam pati quidquam restare curiosis diligentius investigandum.

Gaudeo autem magnopere hujus præclari monumenti occasione mihi de tali viro, quod diu optaveram, scribendi facultatem dari; de Cive, inquam, cujus nomen Cremonensibus decus attulit nulla unquam oblivione delendum. Cui vero lucubrationem hanc meam potius inscriberem, diu hæsitandum non fuit. Tu enim statim occurristi, Hieronyme Manara Abbas præstantissime, qui Cremonensi Canonicorum Regularium Lateranensium Monasterio apud S. Petrum maxima sapientia præes. Res enim illius, qui in tuo cœtu diu sanctissime vixit, & omni doctrinæ genere excelluit, ad te potissimum pertinere constat, qui non tam genere, & in rebus geren-

rendis laude, quam dignitate inter eos Canonicos eminens, patriam & ipse quam maxime ornas. Ego autem libentius provinciam hanc ingredior, quod licet innumeri scriptores Vidam laudaverint, nemo tamen ejus res gestas ita est persecutus, ut non multum addi possit; quod dictum volo etiam de Oxoniensi ejus operum editore Thoma Tristramo, qui brevem Vidæ contexuit vitam, in editione Cominiana a cl. Vulpiis in fine to. II. recusam, quod meliorem non haberent. Non ego tamen præclarum de hac eadem re commentarium tibi spondeo. sed aliquam iis, quæ vulgata sunt, lucem afferre dabo operam, tum nonnulla addere a me reperta. omnia tandem ordine quodam contexendo id efficere, ut noster hic labor sin minus ulla commendatione dignus, futurus quidem eruditis viris, ac nostris in primis Civibus non injucundus videatur.

Marcus Hieronymus Vida consulari familia Cremonæ natus est in vicinia S. Leonardi anno 1470. honestissimis parentibus Gelelmo Vida, & Leona Oscasala, qui avitis quidem auctis virtutibus illustres, valde tamen imminutis opibus fortuna dejecti fuerunt. Filium nihilo minus, in quo magnum apparebat ingenium, omni studio educarunt, eoque, quem ferre poterant, sumptu, unam hanc rem curantes, præceptoribus illum tradiderunt informandum, non solum iis, quibus civitas nostra erat felicissima tum græce, tum latine eruditissimis, sed etiam qui in aliis non valde dissitis Academiis florebant, Mantuæ, Patavii, & Bononiæ, ad quos adolescens profectus est, ut scribit Boissardus in Iconibus virorum illustrium. Hæc narrat Vida ipse lib. Carminum carm. v., cui titulus *Gelelmi Vidæ, & Leonæ Oscasalæ parentum manibus*.

. . . . . vos claras me scilicet artes,
Re licet angusta, potius voluistis adire,
Quam genere indignis studiis incumbere nostro.
Atque ideo doctas docilem misistis ad urbes,
Quamvis in nostris lusisset lubrica rebus
Jampridem fortuna, & opes vertisset avitas,
Et res fluxa alias potius revocaret ad artes.

His adjumentis Vida in ipsa puerili ætate, natura fautrice, ita eruditus fuit, ut spem, quam in eo maximam parentes habebant, & confirmaverit, & auxerit. E ludo, pueritiæque disciplina ad Rhe-

thores se contulit, quorum præceptis celeriter acceptis, exercitationem adjunxit, apparuitque omnibus, illum in quolibet genere scribendi facile excellere posse. Musarum incensus cupiditate, latinam poesim omni contentione secutus est, ut tamen genus non reliquerit oratorium, in quo constat summam laudem Vidam fuisse assecutum. Nihil ei non tribuit natura ipsa, nihilque arte, & studio non egit, ut aureæ ætatis principes viros æmularetur, & Poetarum, ac disertissimorum Oratorum gloriam attingeret.

Pietatem Vida coluit pari modo, parique se virtute præbuit sive in literariam palæstram prodiret, sive morum, & Religionis officiis daret operam. In id immo totus fuit, ut vitæ integritate se Deo traderet, cujus nutu incepta sibi prospere cuncta evenire intelligebat. Atque hinc illud est, quod de rebus imprimis divinis canere instituerit, quare habitus Christianorum Poetarum facile Princeps. Neque vero id satis habuit. Erat eo tempore Mantuæ constituta, ac florens Congregatio, ut vocant, Canonicorum Regularium titulo S. Marci, qui legibus parebant, quas olim Augustinus Clericis in unam coeuntibus societatem præscripsit. Vida diu mente agitans, quæ tandem sibi esset vitæ ineunda ratio, atque in id contendens, ut non tam literatum, quam divinæ Sapientiæ opibus animum expleret suum, statuit prædictæ Congregationi nomen dare. Quo anno id contigerit, exploratum non est; conjici tamen potest ex inscriptione hymni, quem cecinit S. Augustino, quæ extat in prioribus Carminum Vidæ editionibus, estque hujusmodi DIVO AUGUSTINO *Canonicorum Regularium institutori, apud quos ipse Vida sanctissime educatus est*. Ex quo apparet illum ineunte juventute in eorum Canonicorum societatem receptum fuisse circa annum 1493. Omnem, quam apud illos consumpsit, ætatem, literis, & pietati Vida tribuit; quodque in iis profecit (plurimum autem profecisse compertum est) id in eodem hymno patrocinio S. Augustini acceptum retulit. Sublimioribus etiam disciplinis operam dedit, ac potissimum Theologiæ, ut ab ipso accepimus, cujus ope altissima cecinit, quæ constat non nisi a viro theologo scribi potuisse.

Dum hæc Vida agebat, Romam adductus est. Viri enim literis, & virtute excellentis fama longe lateque perlata, Canonicos Regulares Lateranenses impulit, ut illum in cœtum suum cooptarent,

rent, & hoc aurei seculi decus quoddam Urbi afferrent. Leone X. Pont. renunciato id contigisse laudatus Penottus scribit, quo tempore tot ad studia, gloria, atque sapientissimi Pontificis liberalitate, accensa ingenia fuerunt. Sed ante annum 1511. Romam illum venisse constat. Nam mense Januario ejus anni ex ædibus Pacis vulgavit Epicedion in funere Oliverii Card. Carafæ, cui se in clientelam tradidisse antequam sacris initiatus esset, ac deinde Canonicis Lateranensibus adscriptus, illum veluti patrem, & dominum habuisse scribit in epistola, quacum Epicedion misit ad Card. Vincentium Carafam. Magno tamen Leoni Vida statim innotuit, qui intelligens tandem sibi oblatum virum, qui omni literarum præstantia excelleret, illum ad se accersiri jussit, eique Christiados Poema adornandum mandavit. Vida hæc ipsa narrat lib. I. de Republica. „ Quum jam adolevissem, inquit, relictis studiis illatum artium, quas qui tenent eruditi vocantur, me totum Philosophis, tum Theologis tradideram erudiendum, gravissimisque illis studiis, Romam adductus, operam strenue navabam. Nescio quomodo a LEONE X. Pontifice Max. interpellatus sui, ut relicta, rejectaque omni alia cura, ac studio, periclitarer quid efficere, quantumque progredi valerem in exprimendis, & versu explicandis rebus divinis, quæ pertinent ad Christi instituta, totamque tam augustæ Religionis, ac sanctitatis rationem optimorum poetarum figuris, atque virtutibus latine, quoad possem, ornarem. Autumo quia fortasse legisset quosdam meæ adolescentiæ lusus, versus inquam illos, quos olim adolescens de re ludrica, sed non parum difficili, atque involuta (Scacchia vulgo vocant) (*quod poema a Lascare legato regio Leonem accepisse scribit Marcus Paulus Tortessius in præfatione ad libros Poeticorum Vidæ*) conscripseram, nec non libros quoque duos de Bombyce .... Non potui sane tanti Pontificis, tamque de communi hominum societate benemeriti, piæ voluntati non obtemperare, scripsique poetarum more de ipsius Christi rebus, & institutis „ ....

Ingenii præstantia vitæque integritate clarus Vida Romæ magna in celebritate versabatur virorum cumprimis eruditorum, quorum multos aurea illa ætate Romæ floruisse omnibus compertum est, ita ut in quovis doctrinæ genere apicem assequi contenderent, essetque inter illos laudis, & gloriæ æmulatio. Effecit autem morum

po-

potiſſimum ſimilitudo, ut Vida in intimam perveniret amicitiam Jo. Matthæi Giberti, qui per id tempus a ſecretis erat Julii Card. Medicei. Is talis, ac tantus vir gratia multum valebat cum apud Cardinalem ſuum, tum apud Leonem Pont. eaque etiam ad Vidæ commodum, & ornamentum feliciter uſus eſt. Cujus rei, ſimulque grati animi, & amoris monumenta Vida carminibus ſuis immortalitati mandavit. Eundem vero ita coluit propter illius doctrinam, atque virtutem, ut ambo creati Epiſcopi quum eſſent, Vida ætate longe provectior a Giberto Veronæ ſedente præclaram Eccleſiæ regendæ rationem acceperit. Quod ipſe prodidit in hymno quem cecinit *Jo. Matthæo Giberto non in* [illegible] *relato*.

Interea Vida omni cura ac diligentia poema condebat ſuum, & maxime nitebatur, ut perveniret quo ſtudebat. Verum ſeceſſu atque otio Romæ perfrui non poterat; quæ duo neceſſaria omnino ad eam rem eſſe, ipſe monuit lib.1. Poeticorum v.486.

Quod ſupereſt etiam moneo, creberque monebo,
Ne quiſquam, niſi curarum, liberque laborum,
Inchoet egregium quicquam verum procul urbis
Attonitæ fugiat ſtrepitus, & amœna ſilentis
Accedat loca ruris . . . .
. . . .
Hic læti haud magnis opibus, non divite cultu
Vitam agitant vates; procul eſt ſceleratus habendi
Hinc amor, inſanæ ſpes longe, atque impia vota,
Et nunquam diræ ſubeunt ea limina curæ.

Hæc ipſe præcepta diligenter curans, " petiit a Rectore generali, inquit Penottus, obtinuitque locum (S. Sylveſtri Montis Compatrum) ſibi concedi, donec Chriſtiadem abſolveret. Quo obtento ſtatim a Leone X. dictum Monaſterium in titulum impetravit " opera potiſſimum Giberti ſui. Eo ſeceſſu nihil carius unquam habuit. Lib. Carminum Ode 1. ad eundem Gibertum ſic canit

Me me rura juvant mea,
  Optatoque diu perfruor otio,
Per te quod peperi mihi
  Giberte o animi ſola quies mei,
Pro quo mille adeam neces.
  Nunc æſtus vacuum glandifera juvat

Evi-

Evitare sub ilice,
　Nunc audire noti murmura garruli
Densas per nemorum comas
　Haud longe scatebris fontis algidi.

Quum otio illo, ac sibi tantopere grata quiete Vida perfrueretur, nuncium accepit, ambos paucorum dierum spatio parentes suos obiisse supremum diem. Pulcherrimo carmine illos celebravit, quod initio laudavi. Hoc in carmine, quum Leonis X. in se beneficentiam commemoret, hæc omnino recitanda videntur.

. . . . Leo jam carmina nostra
Ipse libens relegebat, ego illi carus, & auctus
Muneribusque, opibusque, & honoribus insignitus.
Omnia erant mihi læta . . . . .
. . . .
Ecce repente autem stridens insibilat Eurus,
Æquora turbantur, portuque avellor ab ipso.
Ecce repente ruens mihi acerbus vulnerat aures
Nuntius, atque ambos docet amisisse parentes.

Haud multo post, quum in studium suum se tradidisset quietum, atque inter ruris silentia Camenis indulgens, gloriæ stimulis altissima quæque felici ausu pervaderet; ecce in luctum denuo versa omnia acerbo Leonis X. funere, qui immortalitate dignus, dum ad summum gloriæ apicem properaret, decessit Kal. Decemb. an. 1521. In Epistola ad Gibertum Mediceis addictissimum, & Pontificium Legatum ad Europæ Reges profectum Vida hæc de Leone pulcherrime fatur.

Nempe canam semper Medycum facta ampla tuorum
Præclaræ decora alta domus, qua sospite nunquam
Italiam amissam, libertatemque fatebor,
Fata licet semper cœptis ingentibus obstent,
Atque ideo LEO mortales modo liquerit auras
Ereptus mediis (sic dii voluere) triumphis.
Invidit libertatem sors læva ruenti
Italiæ, invidit partum decus. omnis in illo
Spes pene extincta, & moriens secum omnia vertit.

Inter beneficia, quæ LEO multa sane, & præclara Vidæ contulit,

Præ-

Præfecturam quamdam S.Stephani in litore Ligustico cll. Vulpii recensent in indice to.I. Carminum ejusdem verbo *Stephanus*, his permoti versibus initio hymni eidem S.Prothomartyri.

Te Stephane ipse canam. Tu dum mihi vita manebit
Muneribus, semperque meo celebrabere honore.
Non tua nequicquam LEO mi delubra tuenda
Crediderit pater, atque tuæ præfecerit aræ.
. . . .
Hanc patrio antiqui Ligures in litore molem
Ingentem posuere, tibique hæc templa sacrarunt.

Quibus in errorem ductos Vulpios non miror, qui alios ejusdem hymni versus non animadverterunt

Me nunc, qui novus ingredior tua Templa Sacerdos,
Et tibi sacra fero puero puer, aspice præsens.

Hæc Vida de se ipso canere non potuit, annos fere quinque, & quadraginta nato. In prioribus editionibus Carminum illius hæc hymni inscriptio habetur, DIVO STEPHANO *Martyri pro Joanne Matthæo Giberto*. Itaque Præfectura illa Giberto tunc juveni delata est, cujus nomine Vida hymnum cecinit.

Post Hadrianum VI. Leonis successorem, qui obiit an.1523. Julius Cardinalis Mediceus Pontifex summus renunciatus est anno eodem XIII. kal. Decemb. qui Clemens nominari voluit ordine VII. Hunc Vida alterum Pontificem Mæcenatem habuit amplissimum, qui eadem, qua Leo, in illum voluntate erat, & novum perlegendi Christiados poema cupidissimus. Interea hoc opus nonum Vida premebat in annum, ut perfectum, quoad posset, in manus hominum perveniret. Sed carmina illius edita erant quamplura. *Poeticorum* libri excusi Cremonæ anno 1520. Additi Romæ an.1527. *Bombycum* libri tres, *Scacchia ludus &c.* de qua editione Hieronymus Niger scripsit ad M. Antonium Michaelium (to.I. Epistolarum Principum ad Principes) atque hæc de Christiade. „ La Cristiade, che saranno sei libri, premetur in duodecimum annum. Vuol prima che ci faziamo di questa (*de Partu Virginis*) del Sanazzaro „. Id scilicet maximo studio curabat, ut quam concitaverat expectationem omnium sustineret, qui Christiani Virgilii nomine ferebatur. Marcus Paulus Tartessius Cremonæ jam interpretabatur Poeticorum illius libros

bros de quibus multa disserit in Prælectione, quam ea de re habuit ad Cremonenses, gratulaturque ad summum fastigium perductam a Vida patriæ gloriam, cujus fundamenta jecerant duo illi præclarissimi cives Marius Furius Bibaculus, & Quintilius Varus, *Virgilio maxime necessarius, poetarum Censor, si Horatio credimus*. Itaque fastigium tenere videbatur, qui eo pervenerat, inquit Lilius Gregorius Gyraldus dial. I. de poetis suorum temporum, quo sine græcis, duce cumprimis Virgilio, pervenire poeta potest. Ferdinandus Ughellus hæc ex Sixto Senensi luculentius scripsit. " Vida adeo propioris imitationis gradu Virgilianam gravitatem secutus, atque assecutus est, ut nullus antea reperiatur, ac deinceps fortasse nullus futurus sit, qui ad tam illustrem poeticam lauream æmulando aspirare conetur ". Ludovicus Ariostus, qui suum antea edidit poema, quam Christiadem ab se Vida dimitteret, ejus nomen cantu postremo hac ornat eximia laude.

. . . . il Vida Cremonese
D'alta facondia inessiccabil vena.

Alios omitto scriptores, qui simillima prædicant, omnemque, quam Vida assecutus est gloriam, præclaro Alexandri Pope (*Essai sur la critique chap. 4. v. 207.*) testimonio comprehendam, quo, ut aurea Leonis X. tempora efferret, Raphaelem Sanctium, & Vidam apparuisse memorat, illum qui penicillo, hunc vero qui calamo, Græcorum, & Augusti ævum renovarint. Qua in re utar gallica versione D. de Resnel, quæ sententiam ipsam attingit, licet nativam illius non referat majestatem, ut est omnium sententiarum indoles, quarum semper est in patrio idiomate major vis, & elegantia.

Raphael peint Vida fait entendre sa voix.

Christias tandem perfecta non sustinuit modo, quæ de illo erat, opinionem ingenii, atque doctrinæ, sed etiam cumulavit, & auxit. Illam CLEMENTI primum omnium, honoris, dignitatisque gratia, facta fuit legendi facultas, cujus nomini inscripta fuit; quod accepi a Hieronymo Faballo Laudensi in *Oratione de Vida ad Cremonenses* habita anno 1561. Qua autem voluptate poema elegantissimum Clemens perlegerit, quaque humanitate, & liberalitate amplexatus fuerit hominem, quem ipse cum Leone X. ad hoc præclarissimum opus suscipiendum, perficiendumque hortatus fuerat, honoribus, ac

præmiis illi collatis, luculenter testatus est. Etenim in illo non solum poetam excellentem Pontificia liberalitate augere volens, sed etiam virum religione, & theologicis studiis præstantem in partem vocare curarum gregis Christi, anno 1532. die 6. Februarii Albæ Pompejæ Episcopum Vidam instituit.

In eo fastigio collocatus ita se gessit, ut non minus Christiani excellentissimi Vatis, quam præstantissimi Episcopi famæ celebraretur. Illud initio statuit, reditus Ecclesiæ suæ distribuere omnes in partes tres, " quarum unam, inquit laud. Faballus, in Templorum instaurationem, in aliasque res, quæ ad Dei O. M. cultum spectant, large, digneque effunderet; alteram in pauperes plene divideret: tertiam in usus vitæ Pontificiæ necessarios transferret". Quæ vero Faballus prædicabat partim monumenta ipsa testabantur, partim erant Cremonensibus notissima, apud quos Vida, bello in Liguria flagrante, diu egit: quare nemini venire in suspicionem assentationis potest. "Domus illius, inquit, omnibus bonis semper patet, domus optima, notissima quidem certe, maximeque perhospitalis, non situ, non pariis lapidibus, non pulcherrimis signis ornata, sed referta iis disciplinis, iis moribus, iis institutis, ut Patrum Sanctorum umbraculis, si adhuc vigerent, par judicari posset: quam omnis civitas, omnis vicinitas comprobat, cujus apud omnes, propter Dominum, maximum est nomen, atque gravissimum...... ubi viget jus, æquitas, pudor, pudicitia, ubi semper pauperibus paratum præsidium, ubi optimarum artium domicilium, ubi cuncta splendescunt, ubi summa sunt omnia, unde omnium rerum egregiarum exempla sumi possunt". Hæc de cultu domestico Vidæ Episcopi.

Frugalitatem ipse suam his carminibus declaravit in cœnaculo Villæ suæ Roncianæ positis.

Hospes si olus, dapesque inemtas non piget
Cœnare merum, accumbe, personam exue.
Natura disces quantuli indigeat cibi,
Ne transmarinis opus sit apparatibus.

" Quis vero hoc homine pietate insignior? Quem non minus delectat apud se videre egenam turbam, quam nobilissimum cœtum....
Porro si quos sciat mendicare ingenuo pudore prohiberi, misertus eorum egestatis, ad eos comportari jubet, quæ ad victum, vestitum-

tumque pertinent.... Jam vero ita facilis est in audiendis, reddendisque sermonibus, ut difficile dictu sit, quantum ejus affabilitas, comitasque sermonis omnium, qui eum adeunt, animos alliciat.... Jam quanta sit liberalitate nemo ignorat..... Quum eum natura finxerit, ut de omnibus ad bene merendum sit propensus; in eos præsertim qui iis artibus, in quibus ipse excellit, se dedunt, suum studium libentissime conferre non cessat.... illisque eximia liberalitate subvenit". Quæ tamen præclare gessit, ne memoriæ posterorum traderentur, ipse in primis obstitit. Quum enim Bartholomæus Botta Canonicus Papiensis ad illum retulisset, Christiadem legi in scholis, & explicari, seque parare commentaria (edita Papiæ anno 1569.), quæ propter rerum difficultatem desiderabantur, Vida gratissimum id sibi esse respondit "te tamen, inquit, Botta rogo, ne a nobis vitæ nostræ, aut rerum nostrarum, si quæ sunt, commentarios expectes ullos, quibus edoctus possis in operis initio auctoris vitam de more contexere". Sed multa latere non potuerunt.

Pastoralis sollicitudinis, & constantiæ hæc commemorabimus exempla. Omnia Diœcesis suæ loca lustravit, iisque captis consiliis, quæ singulis salutaria essent, Synodum Albæ indixit. Sed quum propter belli diuturnitatem, quo regio illa undique premebatur, celebrari non posset, constitutiones typis Cremonensibus edidit, atque ad Ecclesiam suam misit, data epistola, quæ ejus carminibus adjecta est in editione Cominiana a cll. Vulpiis perfecta Patavii anno 1731., quæ nobis non levis adjumenti est in hoc texendo commentario.

Pernicioso in Ligusticis oris potius renovato, quam enorto bello, fama pervulgata erat, Ferrantem Gonzagam cum delecta militum manu Albam versus ab hostibus occupatam iter arripuisse, ut eam urbem recuperaret, atque ad internecionem gentem, ac nomen Albensium redigeret. Vida Cremonæ data ea de re ad Ferrantem Epistola, mira eloquentia cum magna animi constantia conjuncta, illum a tanto facinore perpetrando deterruit. Quæ Epistola cum Ferrantis responsione Episcopi virtutem commendantis, simulque falsum rumorem arridentis, extat in laud. editione, desumptaque est ex lib.3. Epistolarum Principum ad Principes.

Alterum longe est memorabilius, quod narratur a Paulo Jovio Historiarum sui temporis lib.41., Albenses scilicet Gallorum manum,

quæ, violatis induciis, nocte quadam repente ad tentandam eam urbem, quæ Municipium erat Cæsarianorum, contenderat, strenue depulisse, " adhortante præsertim pro salute patriæ decertantes eorum Antistite Hieronymo Vida poeta celeberrimo ". Hieronymus Faballus hoc factum eleganter narrat, iisdemque verbis, quibus illud descripsit Vida (suppresso nomine) actione 2. Cremonensium adversus Papienses in causa Principatus. " Jam Gallicanæ cohortes, Duce Jo. Antonio Benevellano, superata fossa, admotisque scalis muros ascenderant; aliqui & ingressi erant urbem, Cæsarianis militibus, qui in præsidio collocati fuerant, cedentibus, arcemque, & tutiora loca urbis propere petentibus: nisi obstitisset insignis fides, & memoranda animi fortitudo Vidæ Cremonensis in ea civitate Sacerdotum Principis, & Sacrorum Antistitis, qui audito tumultu, cognitoque periculo, abjecta Pontificia persona, sumptoque sago, populum sibi incredibili benevolentia devinctum armavit, factoque agmine ad semicaptæ urbis locum properavit: hostes, qui ingressi fuerant, cepit, qui muros ascenderant, eos dejecit, deturbavitque in fossam præcipites: cæteri vero omnes fugæ consilium, projectis omnibus, ceperunt, relictisque scalis, sudibus, ferreis harpagonibus, cæterisque bellicis instrumentis, in fugam turpiter conversi sunt ".

Concilio Tridentino Vida interfuit; quod constat ex hymno, quem cecinit SPIRITUI SANCTO; sic enim ad finem properans illum alloquitur:

Nos primum pete, qui in sedem convenimus unam
Saxa ubi depressum condunt prærupta Tridentum,
Hinc atque hinc variis acciti e sedibus Orbis,
Ut studiis juncti, atque animis concordibus una
Tendamus duce te freti succurrere lapsis
Legibus, & versos revocare in pristina mores.
Teque ideo cœtu celebramus, & ore ciemus:
Sancte veni, penitus te mentibus insere nostris
Aura potens, amor omnipotens, cœli aurea flamma.

Ex autographo autem Concilii, quod servatur in arce S. Angeli, compertum est, Hier. Vidam Albæ Episcopum interfuisse Sessioni V. die 17. Maii anni 1546., & sessionibus dierum 3. & 11. Martii an. 1547. Tempus vero ipsum, quo postremum Tridentum profe-

ctus

ctus est, indicat Vida lib. 1. de Republica, anno scilicet 1551., quum Bononia translatum eam in urbem Concilium fuit; seque ibi commoratum ait esse (mensibus fere integris Maii, Junii, Julii, & Augusti, quo tempore nulla celebrata sessio fuit) dum expectatio erat Germanorum, qui ab Ecclesia desciverant, & quorum incolumitati fide publica consultum erat. Quod palam facium non multo post de iis libris agens.

Ædibus sacris vel reficiendis, vel excitandis, vel demum ornandis, tertiam redituum suorum partem Vidam decrevisse diximus. Quod religiose illum servasse satis cognitum, exploratumque est, cum ex monumentis quæ adhuc extant, tum ex iis, de quibus mentionem in hymnis facit. S. Margaritæ Templum pene dirutum Cremonæ ædificavit, neque antea manum amovit, quam illud a celeberrimo Julio Campi depictum fuit. Quod præstantissimum opus ita celebratum est usque ad hanc diem, ut nemo artium studiosus Cremonam profectus, illud inter cætera ejus generis, quibus mirifice eadem urbs abundat, monumenta, non invisat, ac miretur. In interiore parte ipsius sacræ ædis duo extant a Vida positi lapides, in quibus hæc incidi jussit.

I.

NE QUIS HEIC NE DUM SACR. SACROVE COMMENDATUM CLEPSERIT RAPSERITVE SEO NEQUE PRÆTER OLLA QUÆ POSITA SUNT SIMULACR. ALIUD APPINGITO AFFIGINTOVE NEU ALTARE EXTRAORDINARIUM QUOD ÆDEM DEFORMET INCONCINNAMQ. REDDAT EXÆDIFICATO NEU QUID OMNINO STRUCTURÆ PICTURÆVE ADDITO NEU DEMITO NEU MUTATO. SARTA TECTA AD QUEM SPECTARIT BONA FIDE PRÆSTATO COLLAPSA SQUALIDAQ. ET OBSOLETA RECONCINNATO ATQ. IN PRISTINAM FORMAM NITOREMQ. RESTITUITO. QUI SECUS FAXIT DETESTABILIS ESTO CIVITASQ. IPSA VINDEX SIET.

II.

PROPTER ÆDEM IN SEPULCRETO SANCTITATIS ERGO CADAVERA HUMANTO CONDUNTOVE UT LUBET. QUI INTUS REJECTIS ANTIQUATISQ. PONTIFICIS EXECRATIONIBUS NON SANCTUM HUMAVERIT CONDIDERITVE PIACULUM ESTO.

In supercilio autem forium ejusdem ædis, quo auctore, quove tempore perfecta fuerit, notatum est hoc modo

M. HIER. VIDA ALBÆ EPISC. FECIT
ANNO A PARTU VIRGINIS MDXLVII.

Tem-

Templum S. Andreæ Apost. in Oppido Ticengi agri Cremonensis a majoribus suis ædificatum Vida pariter restituit, ornavitque. De quo sic cecinit initio hymni XVI. *Divo Andreæ Apostolo*.

Quam veteres nulla arte tuo de nomine dictam
Cælicolum Regi quondam posuere parentes
Labantem, victamque situ renovavimus ædem
Andrea tibi, conspicuoque polivimus ære,
Marmoreque e niveo candentem ereximus Aram.
Huc quidquid nobis bellum exitiale reliquit,
Contulimus tibi, nec pro tempore rebus egenis
Defuimus. Si fortunæ foret illa prioris
Copia nunc, nec opes nostras fera bella tulissent,
Forsitan hic lento templi quoque plurimus auro
Fulgeret tholus, & rigui plebs læta Ticengi
Dives te dignos aris inferret honores.

Albæ in Templo S. Laurentii organum ea ætate celeberrimum perficiendum curavit; quod in hymno eidem Martyri adeo eleganter, sciteque descripsit, ut qui legit, sibi illud non solum videre, verum etiam sonos audire videatur. Sed de his satis.

Ex quibus intelligitur quemadmodum in hoc uno viro hæc omnia fuerint, ingenium, doctrina, charitas, pietas, religioque in Deum. "Senex præter id temporis, quod valetudini dabat, quod sane pusillum erat, horam nullam literis vacuam esse permittebat". Pervenit autem ad eam ætatem, quam perraro homines attingunt, illamque egit sibi semper constans, semper aliquid volvens literarum. Placida justorum morte an. 1566. die 27. Septembr. migravit ad Deum annos natus XCVI. (1), ut illum manifeste intueretur, de quo altissima, pro hominis conditione, miro conatu cecinerat in terris. Magna pompa funus Vidæ a Cremonensibus communi sumptu decretum, ductumque fuit; ut eum virum publico honore prosequerentur, quem patriæ decus immortale peperisse intelligebant. Magnifici pegmatis latera inscriptione ornabantur hujusmodi:

D.O.M.

D. O. M

M. HIER. VIDÆ ALBÆ EPISCOPO
QVEM PROBE OMNES NORVNT
CIVITAS CREMONA DECRETO SEPVLCRO
SVMPTV PVB. CIVIT
QVI DE VNIVERSA CIVIT B M EST
PARENTAVIT V. A N.

QVI CVM QVIDQVID IN EGREGIVM HOMINEM
LAVDIS DICI POTEST
IN EVM BENEFICIO NATVRÆ FVERIT COLLATVM
IMMORTALITATE ERAT DIGNVS
NISI NATVRÆ COMMVNIS CONDITIO OBSTITISSET
VIVIT TAMEN ADHVC APVD NOS
VIVETQVE ÆTERNVM AD POSTEROS
BENEF. IVCVNDISS. AC PERPETVA RECORDATIONE

QVI OMNIBVS ERGA GREGEM SIBI COMMISSVM
OFFICIIS FVNCTVS
PIET. CARIT. FIDE CONST. PRÆCLARVS
OMNIBVS CARVS NEMINI NOXIVS
A NOBIS DISCESSIT
SVO MAGIS QVAM ALIORVM TEMPORE

QVI NON SOLVM PIE ET SANCTE DEVM COLVIT
SED ITA ETIAM CECINIT
VT IN CŒLO LOCVM
VBI BEATVS ÆVO SEMPITERNO FRVATVR
ET IN TERRIS ÆTERNAM SIBI GLORIAM
MAXIMO OMNIVM MORTALIVM FRVCTV
COMPARAVERIT
OBIIT ANNO MDLXVI XXVII SEPT.

Sed nunc tempus est, ut de iis, quæ M. Hieronymus Vida scripsit, disseramus. Cui rei sic operam dabimus, ut judicium aliquod semper subnectamus eruditorum hominum. Ordinem vero persequemur, quem Vulpii statuerunt in laud. editione, quæ nitore, diligentia, elegantia, eruditione, & rerum copia ita præstat, ut nihil supra; atque etiam multa ab iisdem notata in nostrum Commentarium transferemus in gratiam eorum, qui ejusmodi editione carent. Initio Jo. Antonius Vulpius de carminum Vidæ præstantia hæc ad lectorem habet. " Sive delectum verborum, sive splendorem figurarum, sive pondera sententiarum, sive similitudinum copiam, sive denique totius operis ornatum, & dispositionem spectare ve-

velis, nihil exhibet Vida non e Virgilii, Lucretii, Catulli, Horatii, & reliquorum poetarum, qui aurea illa ætate floruerunt, myrothecis depromptum; nihil quod non incorruptam romani sermonis dignitatem præseferat. omnia sunt in ejus carminibus miro artificio elaborata, rotunda, perspicua, candida, ad unguem castigata, ut non solum imitari veteres, verum etiam cum iis certare voluisse videatur. Si vero ad argumenta ipsa mentem animi convertas, neminem profecto ex poetis Vidæ anteponendum censebis. Alienus enim est ab omnibus corruptelarum illecebris, nullas faces libidini, atque intemperantiæ ministrat; sed potius juventutem in voluptates effusam, adhibitis quibusdam quasi frenis orationis, revocat, & a turpibus ad honesta traducit."

Christiados libros omnino sex, & hymnos Deo, cælitibusque consecratos primus Cominianæ editionis tomus comprehendit. Propositis a duobus summis Pontificibus Leone X. & Clemente VII., eique collatis præmiis, opus (Christiad.) adeo periculosum suscepit, & absolvit. Sixtus Senensis lib. 4. Bibliothecæ sanctæ hæc de eo scripsit." Hieronymus Vida... Virgiliani carminis incomparabilis imitator, primus fere omnium latinorum poetarum vitam, resurrectionem, aliaque Servatoris nostri gesta ex quatuor Evangeliis collecta sublimitate carminis Virgilianæ majestati proxima felicissime cecinit". Aubertus Miræus idem poema vocat insigne, & nunquam satis laudatum, in quo Vida Maronem heroico spiritu æmulatus est. Et Jo. Matth. Toscanus in Peplo Italiæ Christiadem divinam appellat. Gravissimum vero est Jo. Vincentii Gravinæ judicium in opere inscripto *della ragion poetica*, quod est hujusmodi." Quel soggetto, di cui il Sanazzaro abbracciò solo una parte, tutto intero nella sua Cristiade abbracciò Girolamo Vida, il quale tolse quanto era di augusto in terra, qual è la latina, e la consolar favella, e la poetica grandiloquenza, ed all'espression l'esaltò di quanto è più augusto nel Cielo, qual è la storia di Cristo, e sua dottrina, alla cui verità il Vida con ingegnoso intreccio di narrazione accompagnò il diletto, e curiosità, che nascer suole dalla imitazion d'Omero, il di cui *ὕστερον πρότερον* egli seppe ingegnosamente trasferire nella vita di Cristo... In questo poema il Vida, più che in ogni altro suo componimento, trasportò delle locuzioni, e numeri lucreziani, come quel-

quelli, che per la prisca maestà loro più che il Vergiliano splendore alla grandezza del suggetto convenivano ".

In hymnis Vida totam fere Christianorum doctrinam exposuit. Qui Deum, divinaque celebrant mysteria, adeo sublime feruntur, ut videatur non sine divino quodam ingenio id fieri potuisse. Apparet vero in omnibus poeticus color, vivax gratia, suavitas, dignitas, ac verborum fulgor quidam, quo res, veluti obducta nube delitescentes, collustrantur. Quare laud. Vulpius merito in Julium Cæsarem Scaligerum invehitur, qui Poetices lib.4. quem inscripsit *Hypercriticum* cap.4. Vidæ hymnos *plebejos* appellavit, obtrectandi, & maledicendi libidine. " Quis enim, nisi mente captus, inquit, Lucretium (ut hoc potissimum exemplo utamur) de rerum natura pulcherrimis versibus disputantem plebejum scriptorem appellet? quem Quinctilianus difficilem, sublimem Ovidius vocavit. At Vida neque carminis elegantia quicquam Lucretio concedit. argumenti autem dignitate ipsum longissime exsuperat". Plura Vulpius addit, ne invidia laudem obterat virtutis. Sed quod putat Scaligerum non amplius quam quatuor Vidæ hymnos in prioribus Carminum illius editionibus legisse, a nobis sic accipitur, ut id ita esse potuerit. Verum opus est notare, Vidæ hymnos editos omnes fuisse typis Cremonensibus an. 1550., antea quam Scaliger *Hypercriticum* suum vulgaret.

Poeticorum libros tres primum excipit tomus 2., atque initio extat tum Epistola, quam de iisdem Vida ad cives suos dedit anno 1520. tum prælectio M. Pauli Tartessii Cremonensis eloquentiæ professoris disertissimi, quum eosdem libros publice interpretari instituisset. Ipsius Scaligeri sententia " est præclarum poema. . . . Præterea tanto majore laude, quam Horatius, dignus est (Vida), quanto artificiosius de arte agit hic, quam ille". Sequitur Bombycum poema, de quo idam Scaliger, " is liber rex est librorum Vidæ": præterea Scacchia ludus, ac demum Bucolica, & Carmina diversi generis, quibus finem habent, quæ Vida agnovit, explorataque habuit, ac de scrinio suo deprompta adhuc vivens congessit, ut ipse monuit in calce editionis Cremonensis. De quibus Vincentius Gravina laud. loco ait " Negli altri poemi per la maggior libertà, che gli porgeva la materia, sparse egli maggior copia di lumi poe-

 tici,

tici, come (per non parlare delle Odi, Inni, ed Egloghe) nel Bombice, negli Scacchi, e in quello, dove l'autore, benchè utilissimi precetti raccolga della Poetica, pur è molto più lodevole per la sua poesia". Plura tum illustrium poetarum carmina ad Hier. Vidam, & de eodem, Vulpii carminibus illius subnectunt, tum doctorum virorum de illo, ejusque scriptis testimonia recensent. Nos aliqua ex his delibavimus, ne aut deesse videremur studiosis literarum, aut longius, quam opus est, illos fatigaremus.

Cætera, quæ Vida condidit, carmina vel ipse suppressit, ut poema, quod inscripserat *Juliaden*, vel abdicavit, ut quæ in Collectaneis Achillini, & in Corycianis extant, aliaque plura, quæ neque incudi reddidit, neque lima expolivit. Itaque in editione suorum operum, quam ipse Cremonæ anno 1550. perfecit, adulterinum declaravit, quidquid ullo unquam tempore additum fuerit. Nos tamen ex iisdem aliqua edere statuimus, quæ rarissima sunt, neque ob id in crimen ab ullo vocari patiemur.

Nunc quam rem alii vitio dent, animadvertendum est. Vidam nonnulli vituperant in eo ipso, in quo a cæteris laudatur, quia scilicet Virgilianus est; atque in eo disputant, non fas esse alienis laboribus uti. Neque tamen defensione alicujus Vida opus habet, qui primum fassus est, boni si qui habet, id totum se Virgilio debere, aliisque poetis excellentioribus lib. 3. Poeticorum v. 554.

Virgilii ante omnes læti hæc super astra feremus
Carminibus patriis laudes, decus unde latinum,
Unde mihi vires, animus mihi ducitur unde.

De furtis vero suis v. 210. elegantissima hæc fuderat carmina, quibus obtrectatores edocuit furandum esse, sed ea ratione furandum, quam illi, quia ignorant, reprehendunt.

Atque ideo ex priscis semper quo more loquamur
Discendum, quorum depascimur aurea dicta,
Præcipuumque avidi rerum populamus honorem.
Aspice ut exuvias, veterumque insignia nobis
Aptemus. Rerum accipimus nunc clara reperta
Nunc seriem, atque animum verborum, verba quoque ipsa:
Nec pudet interdum alieno nos ore loquutos.

. . . .

ergo

Ergo agite o mecum securi accingite furtis
Una omnes pueri, passimque avertite prædam.
Infelix autem (quidam nam sæpe reperti)
Viribus ipse suis temere qui fisus, & arti,
Externæ quasi opis nihil indigus, abnegat audax
Fida sequi veterum vestigia, dum sibi præda
Temperat, heu nimium, atque alienis parcere crevit.

. . . . .

Sæpe mihi placet antiquis alludere dictis,
Atque aliud longe verbis proferre sub iisdem.
Nec mea tam sapiens per se se prodita quisquam
Furta redarguerit, quæ mox manifesta probabunt
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.
Tantum absit pœnæ metuens infamis, ut ipse
Furta velim tegere, atque meas celare rapinas.

Rem ipsam aperte locutus est. Illum autem talis ingenii virum & recte fecisse puto, & verum dicere. Sermonis enim, qui sola perdiscitur veterum lectione, ut est ille Latii, neque indolem, aut saporem omnem, neque styli sonum, neque vim verborum, aut particularum numus, aut rationem collocationis earum satis unquam percipies, in quibus lepor omnis, suavitas, elegantia, robur consistit: quæ veluti arcana quædam in ipso vulgari sermone magis sentimus, quam exprimere valeamus. Quum igitur nulla sit veteres æquandi spes, id nobis relinquitur, ut imitatione, & æmulatione eandem scribendi rationem non dissimili rerum exprimendarum formæ applicemus, atque in orationis nostræ succum convertamus: quo fit, ut ad veteres illos spiritu quodam locutionis propius accedamus. Sed quo ingenio in hac re, qua divite vena, quibus laboribus opus sit, nemo non intelligit. De hoc ipso Vidæ instituto agit Tartessius in laud. præfatione." Ego, inquit, ita persuasum habeo, similitudine quadam ingenii, quæ plerumque ab artifice sumitur, poetæ omnium excellentissimi (Virgilii) mirificam eloquentiæ indolem, cuncta fere præclare dicta, tanquam quædam orationis lumina Vidam non adumbrasse modo, sed penicillo etiam imitatum esse, atque egregie expressisse. Et ut, quod sentio, semel eloquar, illum ipsum, quem

æmulabatur, effectum fuisse, ut qui Vidam legerit, Virgilium legere, & se perinde, ac si Virgilium legerit, affici sentiat".

De aliis obtrectatoribus, quos Vida nactus est, Jo. Antonius Vulpius, cujus verbis libenter utor, hæc habet in laud. Epistola ad lectorem. " Plures habuit poeta noster adversarios, & vivens, & e rebus humanis sublatus, qui scriptis ejus omni ratione vellicandis, atque carpendis, illum de gloriæ possessione deturbare conatentur. Hos tamen quasi allatrantes caniculas, & magno animo ipse despexit, & nominis sui nimio splendore, ut ita loquar, obcecavit. Quapropter non est, ut hanc litem nostram faciamus, & in criminibus refutandis operam frustra consumamus. id enim esset firmo, ac pulchre stanti parieti columnam apponere". Nollem autem inter Vidæ adversarios Card. Bellarminum esse recensendum. Is in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis Catalogum poetarum contexens, qui de rebus Christianis scripserunt, Vidam eorum principem omisit, quum tamen Sannazarium eadem ætate florentem, Jo. Picum, Baptistam Mantuanum, aliosque enumeraverit. Quod in homine docto, & erudito satis mirari non possum.

Hæc de carminibus Vidæ attigimus, quorum tanta fuit celebritas, ut ipso vivente Bononiæ, Papiæ, Cremonæ, aliisque in Academiis ab adolescentibus memoriæ mandarentur. Senenses accepi vetere id servare instituto. Vulgata illa compluribus editionibus fuerunt (a), quas Vulpii recensent postremo loco, adjectis adnotationibus scitu dignis. In his apparent versiones librorum Vidæ, quæ editæ fuerunt, vel quæ adhuc latent, ut est illa librorum Christiados, quos extremo sæculo XVI. Bernardus Camillus Cremonensis italice reddidit, cujus autographum chartaceum extat Ravennæ in Classensi Monachorum Camaldulensium Bibliotheca; & altera Bombycum, & Scacchiorum, quam Camillus de Sitonis senior Mediolanensis lucubravit an. 1590., extatque apud ejus hæredes, ut scribit Arisius. Nuper Jo Franciscus Masdeu Barchinonensis inter Romanos Arcades Sibarus Tessalicensis *Scacchiam ludum* vertit, eo usus carminum genere, quod *ottava rima* appellatur. De hac versione Venetiis anno 1774. vulgata scriptor Ephemeridum Romanarum die 25. Febr. an. 1775. fol. VIII. pag. 62. censorium judicium ferens hæc de Vida,

da, nescio qua de causa (non enim erat hic locus) intrusit. "Fra i varj poemi del Vida (il quale era piuttosto un felice verseggiatore alla Virgiliana, che un brioso, e vero poeta) il presente sugli Scacchi è forse il più lavorato &c." O lepidum caput! In eo certe turpiter hallucinatur homo iste, quod sibi talem fingit poetam esse oportere, ut Lucretius, & ipse, si Diis placet, Horatius loco deturbandi sint. Nolim igitur cum eo, qui tam longe lateque aberrat, decertare. Sed Patavio nuper accepi, eruditum Ab. Marchesellium, qui otio fortasse abundat, actiones tres in Romanum obtrectatorem edere, quibus propediem Vidæ amatores perfruentur.

"Soluta quoque oratione Vida pollens, ait Miræus, reliquit duos de optimo Reipublicæ statu Dialogos.....ut utro dicendi charactere magis excelluerit, ambiguum sit". Hier. Faballus in oratione de Vida, quam sæpe laudavi, multa de illius in scribendo præstantia eloquitur: de his vero libris ait: "In iis est verborum & delectus, & apta, & quasi rotunda constructio, tum concinnæ, acutæque sententiæ, tantum denique argutiarum, & urbanitatis, ut attico stylo scripti videantur libri illi.....Quum Cicero in singulis ætatibus vix singulos in dicendo præstantes oratores, paucosque alicujus nominis poetas inveniri posse autumaret, hic unus Vida hac nostra ætate inventus est, qui & perfectus orator, & bonus poeta dici possit". Hos de Republica libros copiosissimos, atque gravissimos Vulpii ediderunt to.2., quod semel tantum vulgati typis Cremonensibus an.1556. frustra ab eruditis quærerentur. Illos se Tridenti scripsisse Vida tradit lib.1., dum coacto Concilio suspensa tenerentur omnia propter illorum cunctationem, qui subterfugiebant publicum Patrum congressum, & *quorum adventum*, quum eorum incolumitati satis cautum esset, *sancta ipsa Synodus magno desiderio multos menses expectavit*, a kal. scilicet Maii ad kal. Septembris an.1551., quo die habita fuit sessio XII., in qua iterum differre sessionem ad diem 11. Octobris Patres decreverunt. In tam diuturna cessatione, quum omnes diffluerent otio, ad se in hortos suburbanos venisse narrat Aloysium Priullum, & M. Antonium Flaminium, tum Reginaldum Polum, Jo. Marium Montium, & Marcellum Cervinum præstantissimos S. R. E. Cardinales, inter quos de Republica disputatum est. Istiusmodi libros qui legit, eadem voluptate, qua Tullium legeret, afficitur.

Cre-

Cremonensium orationes tres adversus Papienses in controversia Principatus Cremonæ an. MDL. mense Quintil., & Parisiis an. 1562. editas, M. Hieronymi Vidæ opus esse nemo dubitabit, qui eas diligenter legerit. Multis tamen de causis ne, ut suas agnosceret, neve sua opera ederentur, ille cavit. Quare eruditi fere omnes ab iis Vidæ asserendis abstinuerunt. Sed illius nomine prodierunt Venetiis anno 1764. typis Novellianis, ne eruditi amplius desiderarent, quod Vulpii in Cominiana editione prætermiserunt. Nonnulla editor Venetus initio profert monumenta (3) ex quibus Actionum auctor Vida dignosci possit.

Iis, quæ Vida soluta oratione scripsit, addenda est laudatio, quam habuit in funere Francisci I. Galliarum Regis. Miror a nullo scriptore, quem ego legerim, de ea laudatione fieri mentionem. Patavii edita fuit anno 1583. & in indice recensetur Bibliothecæ Colbertinæ part. 2. pag. 793. (4)

Epistolæ, quas Vida sane multas conscripsit, adhuc latent. Nonnullas Vulpii ediderunt to. 2. Unam reperit in mss. M. Antonii Foppæ Bergomatis eruditus, & in rebus, quæ ad literatos superiorum ætatum viros pertinent, investigandis, atque e latebris eruendis oculatissimus Petrus Antonius Serassius Bergomas, non modo Romæ, ubi honestissime vitam traducit negotiis Religionis propagandæ in primis addictus, sed aliis etiam extra Italiam Academiis notissimus: quam Vida epistolam scripsit ad Petrum Bembum, quum esset in S. Cardinalium Collegium a Paulo III. cooptatus. Eamdem, quam mihi Serassius dono dedit, in lucem emittam, ut illius in optimas artes studio ceteri perfruantur, ac Bembi responsionem adiiciam ex lib. Epistolarum ejusdem quinto. Quo loco summorum Pontificum Pauli III. Pii IV. & Card. Alexandrini nomine Pii V. literas ad eundem datas afferam ex Archivo Vaticano.

Paraphrasim in omnes Evangelii Scriptores Vidam dedisse *ad Delphinum Franciæ Regis filium* cl. Arisius narrat. De hoc opere locutum puto Vidam in monitu ad lectorem absoluta carminum suorum editione an. 1550. " Quæ soluta oratione, ait, ad Christi rem spectantia idem auctor (Vida) conscripsit, propediem se iisdem superstitem, sospitemque in lucem editurum sperat Deo Opt. Max. approbante, atque juvante, cui uni se suaque omnia addixit, & con-

se-

fecravit". Verum nullo unquam tempore publicam hoc opus lucem vidisse certum est. Arisius alterum a Vida conscriptum refert librum *de arte Oratoria*, cui Celsus de Rosinis addidit librum *de Magistratu*.

Commentarium sane longulum scripsi Hieronyme Abbas præstantissime. Scribi tamen a me multo plura de Vida potuissent, quæ locum tumultuarie petentia abjeci, stylumque repressi, ne molestiam legenti parerem. Sentio enim mea in hoc genere facultas quam sit exigua, nulloque me lepore, ac veluti sale conspergere orationem, quæ eruditis placere possit. Sed futurum tibi jucundum spero monumentum, quod ad te mitto, propter Vidam ipsum, qui non solum patriæ nostræ, & amplissimæ Congregationis Lateranensis, verum etiam sacri Episcoporum Ordinis, reique literatorum publicæ decus est, & ornamentum. Quare iis Carmelitis S. Sylvestri Montis Compatrum maxima habenda est gratia, qui Vidæ nomen, quo omnia, dum eo loci carmina fundebat, ac nemora resonabant ipsa, posito lapide, memoriæ posterorum sempiternæ demandarunt.

Numismata eidem monumento adjecit duo, quorum primum æneum Vulpii dono acceperunt ab Arisio nostro, eoque in æs inciso editionem Cominianam ornarunt. utrumque vero extat in Musæo Mazzuchelliano to. I. Numismatum tab. *75*. num. *6*. & tab. *76*. num. I. Eadem in utroque effigies habitu philosophorum. Primum in aversa parte insculptum habet Pegaseum equum, qui calcis ictu rupem percutit cum hac inscriptione QUOS AMARUNT DII. Alterum Vidam sedentem, ac scribentem exhibet, cui adstat Musarum una, inquit Mazzuchellius, fortasse Urania lauream gestans, cujus est inscriptio NON STEMMA SED VIRTUS.

Quæ de M. Hier. Vida scripsi omni puto carere suspicione adulationis. Nihil enim ferme est in hoc commentario, quod non gravissimorum virorum testimonio comprobatum sit, ut videatur non meis, sed aliorum Scriptorum sententiis contextus. Id vero etiam auget voluptatem, qua rebus istis affici solemus Hieronyme Abbas cl., quod nempe talem civis nostri laudationem exteri Scriptores perfecerint, qualem vel disertus, & patriæ percitus amore, ac ingenio contendens vix perficere civis alter posset." Optandum vero est (Faballi etiam adhortatione utar), ut quam viam studio, labore, industria ipse confecit, eandem recta ingrediantur adolescentes nostri, & pa-

triæ

triæ existimationem, quam ipse literarum clarissimis monumentis auxit, & illustravit, tota mente, omnique animi impetu, & diligentia sustentent". Vale.

Dabam Romæ VIII. id. Januar. 1776.

(1) Sunt qui putant, Vidam ad annum usque XCVI. extremam senectutem produxisse; aliique errarum sunt, ut non anno 1470. sed longe verisimilius anno natus sit circiter 1490. Multa, et id probent, argumenta proferunt; sed hæc sunt fere præcipua. Nam in Collectaneis a Philothæo Achillino Bononiensi editis anno 1504. carmina Vidæ recensentur Marci Antonii nomine, quo ille appellabatur priusquam institutum Canonicorum Regularium amplecteretur: quod contigisse volunt eodem anno (ætatis suæ XIV.), ut tum M. Hieronymum appellatum fuisse. Præterea Vida, quæ in Cycluca habentur carmina, ab ipso deinde abdicata, cecinit admodum juvenis. Porro Pontificatum universæ Ecclesiæ tum gerebat Leo X. in quo tempore Vida annorum fuisset quinque, & quadraginta, si anno 1470. natus esset.

Verum quid est, si non hæc opinatio luceri ust? Ad quam refellendam duo fuisse erunt, quæ ex ipso Vida comperta habemus.

I. Carmina ipsius supra recitavimus, quibus ostrai, se ut claras urbes a parentibus missum fuisse, ut literis erudiretur. Quas urbes fuisse novimus Mantuam, Patavium, Bononiam. Porro sicut singulas profectum literis operam dedit, utquis eadem apud Canonicos parvum suis recupisse vel doctrinæ? Canonica Vitæ ut quæ utant in laudatis Collectaneis. Sed tempus, quo hæc edita fuerant, certum quidem est; a quo vero a Vida condita carmina, non item.

II. Ex epistola, quam Vida præmisit uc. minibus in funere Oliverii Cardinalis Carafæ anno 1511. mense Januario, constat, illum inter Canonicos Lateranenses Romæ ante eundem annum cooptatum fuisse, & ante tertiarum factis, quum de illa cooptatione agebatur. Præterea Vida cum Mantuæ ageret in domo Canonicorum Regularium, apud quos sanctissime educatus est. Jam vero anno eodem 1511. hæroicum, quod suppressit, Julium poema sub lima habebat, & anno 1523. Christiadem meditabatur jussu Leonis X., qui laudat Scacchiorum, & Bombycum, versus, quos OLIM adolescens (modestia loquendi modum) Vida conscripserat, ut supra retulimus ex ipsius libro I. de Republica. His sane cogitur quisque, et statuat, Vidam natum longe ante annum 1490., si tempora velit sejungere ab eo ante percursa, quam Romam veniret, ubi Cardinalem Oliverium Carafam veluti patrem, ac dominum diu mortuum suspexit, et conjici ex laudata Epistola facile potest.

Fatemur tamen quas variebam dum explorantum non esse, & commode omnium ejus vitæ rationem exponi posse, si natum anno circiter 1475 Vidam demus. Sed quum nullum præsertim monumentum hucusque sit, quo omnia tollatur dubitatio, maluimus, quæ de hac re a Scriptoribus tradita sunt, probare, quam nullo compulsi ratione, rem ipsam incertissimam facere.

(2) Cl. Cajetanus Vulpius in fine T. 2. laudatæ Cominianæ editionis descripsit Catalogum chronologicum editionum operum poeticorum Marci Hieronymi Vidæ variis observationibus illustratum. Apparet in hoc Catalogo quanta fuerit eruditissimi viri diligentia in eisdem perquirendis, atque in adnotandis, quæ ad rem pertinebant, quæ sane tantero, redeuntque lectoribus parum. Sæpe hanc editionem commendavimus, quæ nitore, elegantia, eruditione, ductu, omnibus denique numeris absolutissima est.

Eundem catalogum chronologicum huc conferre, utque id commodi capere ne alieno labore nobis plane licuisset. Prohibuit tamen ordo, quem primo in recensendis operibus Plutiæ, eorumque editionibus sensus sumus. Ut enim eundem servemus, lectores multo postulare posse a nobis videntur. Forma ut ratione catalogum simul operum Vidæ contexemus. Vita etiam utemur breviore, & versionem poematum Vidæ (aliquibus additis) loco eodem indiceimus. Præterea carmina recensenda nobis sunt a Vulpio omissa, quamvis nonnulla edideruit eorum, quæ Vida in editione Cremonensi con

non agnovit. Ille autem vel videre non potuerunt, veluti Ecloga Aphatarques, quam sola habet editio Pensiensis anni 1581., vel non noverunt, veluti Epicedium in funere Oliverii Card. ualis Carafæ, vel Vidæ non esse suspecti sunt, veluti Carmen pastorale, in quo deploratur mors Julii II. quod in Lugdunensi Seb. Gryphii editione anni 1555. primum prodiit. Denique Catalogum augere opus est editionibus, tum carminum quæ Vulpium fugerunt, tum operum quæ Vida soluta oratione scripsit.

CARMINA VIDÆ SEPARATIM EDITA.

I. De arte poetica lib. III. Cremonæ anno 1520. publica expense ex decreto generalis Consilii Cremonen. & Oxonii an. 1701., ut habet bibliotheca Meediana num. 2403.

Hoc poeticorum Vidæ libros italice reddidit Nicolaus Mutonus hoc titulo: *Poetica del dottissimo Marco Hieronymo Vida d' heroici latini in versi sciolti trasportata da M. Nicolò Mutoni*. Cajetanus Vulpius putat typis Jo. Gryphii hanc lucubrationem iratis Musis, & Apolline lævo prodiisse, quæ nec locum, nec tempus impressionis refert.

II. Scacchia ludus. Romæ anno 1544. cum itala versione laud. Mutoni: & Florentiæ an. 1604. opposita versione Cosmi Grattani *in ottava rima* typis Cosmi Junctæ, sumptibus Dominici Baldinucci.

Extat etiam in Isagoge Lucæ Wielii de Scacchiæ ludo Argentorati apud Paulum Ledertz an. 1606. & in Amphiteatro Dornavii Hanoviæ an. 1619. typis Wechelianis to. I. & lib. 30. to. II. c. Encyclopediæ Alstedii Lugduni an. 1649. & to. 01. carminum illustrium Poetarum italorum Florentiæ 1726. & in aliis collectionibus.

Aliæ, præter laudatas, italicæ ejusdem poematis versiones prodierunt hoc titulo: *Battaglia de' Scacchi di Monsignor Vida ridotta in ottava rima da Girolamo Zanucchi da Conegliano*. In Trevigi presso Angelo Mazzolini 1589. *La Scacchheide di Girolamo Vida tradotta in ottava rima dall' Accademico Innominato Imperfetto*. In Faenza 1616. Hujus elegantioris versionis auctor habetur Sebastianus Mertini I. C. Faventinus.

Præterea Scacchiadem italice vertit solutis versibus Thomas Perrone Neapoli typis Januarii Mutii anno 1733. Denique Jo. Franciscus Massey, cujus mentionem fecimus in epistola, librum eundem *in ottava rima* edidit Venetiis an. 1774.

Scacchia ludus gallice etiam redditus fuit primum ab Aloysio Mesiano, editusque Lugduni an. 1557. tum a Vesquino Philiecal Carpentoractensi, Parisiis an. 1559.

III. Christiados lib. VI. Hoc poema Vida ipse edidit Cremonæ an. 1535. *in ædibus Divæ Margaritæ Ludovici Britannici impressore*, cujus editionis finem fecit his verbis.

SI QUID HIC FACTUM DICTUMVE CONTRA SANCTORUM PATRUM SCITA INFECTUM INDICTUMVE ESTO.

QUISQUIS ES

AUTOR TE ADMONITUM VULT SE NON LAUDIS ERGO OPUS ADEO PERICULOSUM CUI IDE AGGRESSUM VERUM EI HONESTIS PROPOSITIS PRÆMIIS A DUOBUS SUMMIS PONTT. DEMANDATUM SCITO LEONE X. PRIUS MOX CLEMENTE VII. AMBOB. EX ETRUSCORUM MEDICUM CLARISS. FAMILIA CUJUS LIBERALITATI ATQUE INDUSTRIÆ HÆC ÆTAS LITERAS AC BONAS ARTIS QUÆ PLANE EXTINCTÆ ERANT EXCITATAS ATQUE REVIRESCENTES DEBET.

ID VOLEBAM NESCIUS NE ESSES.

Idem opus prodiit Lugduni anno sequente; Venetiis an. 1537. per Melchiorem Sessam, & Antuerpiæ an. 1549. & 1553. Præterea excusum fuit Basileæ a Jo. Oporino cum pios, graves, & elegantes poetas, quæ duo extat in Miscellan. in S. Bibliothecæ Casanatensis num. 633. perfecta fortasse anno 1550., quod hoc cum alterum in eodem charta, eodemque charactere adjunctum opusculum ab Oporino editum ibidem legatur. Tandem sole Christias prodiit typis Tridentinis Hieronymi Bartoli cum amplissimis Commentariis Bartholomæi Bottæ & Oxonii e Typographeo Clarendoniano an. 1725. opera Eduardi Owen.

Alexander Lemo italice Christiadem versu soluta versibus hendecasyllabis, editaque Cremonæ anno 1584. typis Christophori Draconii. Soluta quoque versibus expressa prodiit Neapoli hoc titulo: *La Cristiade tradotta in versi sciolti da Tommaso Perrone Sacerdote secolare da Lecce con argomento ad ogni libro, e annotazioni: aggiunta la traduzione di due altri poemi del medesimo da Bachi, e del giuoco degli Scacchi*, Napoli 1733. per Gennaro Muzio.

IV. Bombycum lib. II. Seorsum ab aliis Vidæ operibus leguntur in Amphitheatro Dornavii to. I. Hanoviæ 1619. Eorumdem italam versionem a Petronio editam mox tetutimus.

V. Eclogæ III. inter XXXVIII. Bucolicorum auctorum editos a Jo. Oporino Basileæ an. 1546.

VI. *Epicedion in funere Rmi Dni D. Oliverii Carafæ Cardinalis Episcopi Hostien. Romæ an. 1511.*

VII. *Carmen pastorale, in quo deploratur mors Julii II. P. M.* Absque nota loci, & temporis, sed Romæ sine dubio impressum an. 1513.

VIII. Carmina de passione Juda. Edita Francofurti una cum Martino Kempio de Osculis an. 1680.

IX. Hymni. Extant nonnulli to. IX. carm. illustrium poetarum Italor. Florentiæ an. 1726.

Hymnos suos omnes, & carmina diversi generis edidit primum Vida ipse Cremonæ an. 1550. Quum autem in hymnis præcipua Theologiæ dogmata exposuisset, lectores eundem admonendos, ne facile illos de usus divinis cantantem ante reprehendant, quam probe cognoscant, quid res sit. His vero usus est elegantissimis versibus.

Omnes rogatos Vida vult quammaxime
Qui legerint versus suos, si offenderint
Quippiam, quod alienum a sacris mysteriis
Videatur, ne improbent, quam intelligant,
Nam recta sentit cum optimis, & asserit,
Quæ summe Patrum comprobat consensio
Omnia, quæ scripsit, bona scripsit fide.
Nec falsi dixisse ferrugineum bonorum potest,
Quæ at usu vindicantur aliquid veteru devium,
Novasque semper afferunt ineptias,
De industria recta detrectans via.
Si quid per imprudentiam dixit tamen,
Quod parte ab ulla claudicare noscant,
Vult esse non dictum, abolitamque funditus,
Et ipse jam nunc abrogat dictis fidem.

POETICA VIDÆ OPERA SIMUL EDITA.

M. Hieronymi Vidæ Cremonensis de Arte poetica lib. III. de Bombyce lib. II. de ludo Scacchorum lib. I. Hymni (IIII), & Bucolica. Romæ apud Ludovicum Vicentinum anno a Christi natali 1527. mense Majo. Hujus nitidissimæ editionis exemplum in pergamena servari Venetiis in bibliotheca Smithiana scribunt Vulpii. Eadem opera, eodemque anno Parisiis typis Roberti Stephani edita fuerunt, & Basileæ an. 1534.

Auctior a Sebastiano Gryphio Lugduni perfecta editio anno 1537, additis nempe Christiados lib. VI. Hymnis, Epistola ad Jo. Matthæum Gibertum, aliisque carminibus. Recusa hæc fuit eodem anno Basileæ a Roberto Wintero, deinde Venetiis an. 1538. per Melchiorem Sessam: Lugduni iterum typis laudati Gryphii an. 1541. iterumque an. 1547., ut vidi in Catalogo bibliothecæ Begerianæ num. 5400, & an. 1548, ut habet bibliotheca Smithiana pag. 496., & demum Venetiis per Petrum Bosellum an. 1550.

Quum vero tot circumferrentur suorum operum editiones, Vida ipse, ut eadem, & quorum auctor haberi voluit, in manus hominum pervenirent emendatissima, Cremonensem aggressus est, perfecitque an. 1550. Titulus vero hic ipse est.

MARCI HIERONYMI VIDÆ
CREMONENSIS
ALBÆ EPISCOPI
POEMATA OMNIA TUM QUÆ AD
CHRISTI VERITATEM PERTINENT
QUAM EA QUÆ PROCUL PLANE
DISJUNCTA A FABULA
UTRAQUE SEORSUM AB ULTERIS

PRIMO LOCO CONTINENTUR
HYMNI DE REBUS DIVINIS
NUNC PRIMUM EDITI
CHRISTIADOS LIB. VI.

SECUNDO AUTEM VOLUMINE
DE ARTE POETICA LIB. III.
DE BOMBYCE LIB. II.
SCACCHIS LIB. I.
BUCOLICA ECLOGÆ III.
CARMINA DIVERSI GENERIS
PLERAQUE NON ANTEHAC EDITA

CUM INTERDICTIS
JULII III. PONT. MAX.
CAROLI V. ROMANOR. IMP.
SENATUS VENETI
AD BIENNIUM

CREMONÆ
IN ÆDIBUS DIVÆ MARGARITÆ
ANNO A PARTU VIRGINIS
M. D. L.
MENSE NOVEMBRI
JO. MUTIUS ET BERNARDINUS
LOCHETA IMPR.

Ele-

Elegantissimæ vero ad finem perductæ editioni hæc verba apposuit,

Quæ Vida agnovit, exploratque habuit, sua hæc omnia ipse de scrinio suo depromta adhuc vivens ingessit. Si quid forte præterea ullo unquam tempore adjectum fuerit, adulterinum insitio, ab aliquo aut maligno, aut in re aliena nimis officioso, ac diligente adventum; quod de poeticis tantum dictum volo. Nam quæ soluta oratione ad Christi item spectantia idem auctor conscripsit, propediem se vivum superstitem, sospitemque in lucem editurum sperat, Deo optimo maximo approbante, atque juvante, cui uni si, suaque omnia addixit, et consecravit.

Hanc editionem deinceps secuti sunt, qui Vidæ opera recuderunt. Prælis fuere Lugduni Sebastianus, & Antonius Gryphii. Ille enim anno 1554., hic anno 1556. eandem persecuerunt, quæ deinde prodiit Antuerpiæ per Philippum Nutium an. 1566., & iterum an. 1567. ex officina Christophori Plantini. Omnia item Vidæ carmina recusa Venetiis an. 1577 typis Christophori Zanetti; iterum Antuerpiæ typis ejusdem Plantini architypographi regii an. 1578., et Lugduni ejusdem Antonii Gryphii typis an. 1581., eademque anno Parisiis apud Maturinum Prevost sacris Claudii Verterii, & Cremonæ in civitatis palatio apud Christophorum Draconem, & Thomam Vachillum socios. Vincentius deinde Sabbius illa excudit Brixiæ anno 1586., & Antonius Gryphius Lugduni anno eodem, ut refertur in Bibliotheca Musaeslana pag. 21.

Opera autem tot editionibus vulgata ubique essent poetica Vidæ opera, animo ad illa recudenda maxime, quod quidem sciam, ad annum usque ad annum 1702., quo novam accuratiorem editionem adornavit Oxonii Thomas Tristram 2. volum. in 8. ut accepimus ex bibliotheca Mediolana num. 2404. Alteram vero editionem aggressus est idem Tristram præmissa optima vitæ auctoris, adjectisque adnotationibus, & in poeticam argumentis; cujus editionis priorem partem vulgavit e typographeo Clarendoniano MDCCXXII. typis academicis, alteram anno, qui secutus est.

Demum fil. Vulpii prælaudatorem ceteris edit. omnem, quam sæpe laudavimus, duobus voluminibus in 4. persecerunt Patavii typis Cominianis an. 1732.

MARCI HIER. VIDÆ OPERA SOLUTA ORATIONE EDITA,

X. *Cremonensium orationes tres adversus Papienses in controversia principatus*, Cremonæ MDL. mense *Quintil.* Parisiis anno 1562. Venetiis typis Novellianis an. 1764.

XI. M. HIER. VIDÆ *De dignitate reipubl. seu civilis societatis*

Cremonæ in civitatis palatio apud Vincentium Contem MDLVI.

Cautum est interdicto regio, ne quis intra quinquennium hosce dialogos, Comitis injussu, in terris ditionis Mediolanensis impune denuo imprimat, aut alibi impressos vendat, aut venales habeat.

XII. Epistolæ, Harum nonnullæ habentur in laud. Cominiana editione, & totæ epistolas Principum ad Principes.

XIII. *Constitutiones Synodales civitatis Albæ, & diœcesi præscripta.* Cremonæ 1562.

(3) Monumenta eadem hoc omnino sunt exscribenda, quibus latius vulgatis, omnis tandem de hac re tollatur dubitatio.

I. DEPUTATIO CIVITATIS CREMONÆ. Ex libro Provisionum anni 1549. fol. 65. qui in archivo Cremonensi asservatur.

In Congregatione diei Martis 21. Maii 1549. habita per nobiles DD. Deputatos regiminis civitatis Cremonæ, inter alia, fuit ordinatum.

Primum exposuit Dominus Bartholomæus Oxius, qualiter in lite, seu controversia occasione prædictæ vertente inter Cremonenses, & Papienses; per quamplures litteratos hujus civitatis facta fuerunt diversa scripturæ, & alligata jura in honorem, & gloriam hujus civitatis contra dictos Papienses, quæ collectæ fuerunt, ut transmittantur ad Reverendiss. Episcopum Albensem, ut quo de hoc factum fuit verbum nomine istius Magnif. Communitatis, ut eo redderet in orationem elegantem in defensionem patriæ. Qui dixit libentissimi laborare pro patria, in nullaque desistere juxta vires ingenii sui; quæ oratio postquam facta fuerit, impressam dando, ac tandis innotescat, & super hoc dandas esse litteras præfato Reverendiss. Episcopo cum ipsis scripturis.

Idro præfati magnifici DD. Deputati ordinaverunt, & ordinant, dictas omnes scripturas transmittendas esse præfato Rmo Ep. Albensi cum literis Magnificæ Communitatis, ejus Reverendiss. dominationem rogando, ut dignetur, & velit facere, & componere, seu illas redocere in aliquam orationem elegantem, addendo, & diminuendo, mutando, & corrigendo, prout sibi melius videbitur, & placuerit pro gloria, & honore hujus alumnatus: & postquam illam orationem composuerit, ordinaverunt, ut super. quod impalmi debeat ad æternam rei memoriam, & ut omnibus clarius pateat, bonos, & gloriæ Civium Cremonensium elucescant, & cognoscantur: partito posito, & obtenta per omnes &c.

II. EPISTOLA CIVITATIS CREMONÆ ad Episcopum Albensem Marcum Hieron. Vidam.

REVERENDISSIMO MONSIGNORE.

Per la controversia tra la città nostra, e Pavia della precedenza, sapendo quanto la S. V. Rma ha a petto l'onore della comune patria, mandiamo con questa nostra, per messo a posta, diverse scritture, e primamente le ragioni dedotte in nome nostro avanti l' Eccellentiss. Senato di Milano, poi le ragioni de' Pavesi, finalmente diverse cose ancolte per alcuni in favore nostro: onde preghiamo V. S. Rma, che si voglia degnare di veder il tutto, e ridurlo, come gli parerà, in una elegante orazione in defensione dell' onore della patria, la quale poi intendiamo far imprimere, ed esibirne copia a ciascun di quel Senato, il quale pare, che voglia decidere questa causa quanto più presto: ne vorressimo tenuare dal canto nostro all' onor pubblico, e la maggior confidenza abbiamo in V. R. Signoria, che in ciò usperarà tutte le forze, ed ingegno suo, ed oltre gli altri obblighi, la patria principalmente averà questo a V. R. S. alla quale baciamo con debita riverenza le mano.

Da Cremona alli 30. Maggio 1549.

Obbligatissimi Servitori
li Presidenti
al governo di Cremona.

III. EPISTOLA MARCI HIERONYMI VIDÆ ad Præsides civitatis Cremonæ. Ex eod. Archivo Cremonæ.

MAGNIFICI SIGNORI MIEI OSSERVANDISSIMI.

Io in questa occorrenza vorrei essere il più elegante, che mai fosse, il per difendere la dignità della patria nostra, la cui memoria sempre in l' animo mio è viva, come anche per soddisfare alle SS. VV., alle quali per lor gentilezza è piacciuto deferire tanto alla persona mia, e per l'esso particolare mandato a posta, inviandomi tanto onorevole impresa. Sarei molto ingrato, e sconoscente, li quali vizi sempre ho tenuto lontani da me, non lassandomeli approssimare, s' io non adoperassi tutto quel poco, e debile ingegno, quel Dio, e la natura mi hanno donato, e in tutta mia forza non m'sforzassi tanto approbare, ed agguzzare dal nome Cremonese, quale all' orecchio mio è, e sempre fu dolcissimo. Non vorrei promettere alle SS. VV. gran cose, che forse poi non potessi tenere: ma l' animo mi dà speranza, purchè non sia angustiato da strettezza di tempo, di dar tali cose de la città nostra, che non solo serviran a questo temporale bisogno, occorrendo al presente pericolo, ma con quest' occasione ancora l' esulte ottime qualità, e condizioni de la patria nostra saranno consecrate all' eternità, se il mio scrivere potrà qualche cosa. Ho scritto certe particolarità al magnifico Messer Antonio Maria Augusto circa questo negozio, rispondendo a certe di lui, repatandomi scrivere a codesta Magnifica Communità, avendo quel dabbene gentiluomo donato, e consecrato la vita sua alla detta Università, servendoli e dì, e notte tanto fedel ed amorevolmente, e con tanta sufficienza. Da lui le SS. VV. potranno intendere ciò qualche particolare il parer mio, massimamente circa l' avvocazione dello causa, se le suspicione, che si hanno de' Judici, hanno fondamento. Mi raccomando, ed offero quanto posso alle SS. VV.

In Alba alli IIII. di Giugno MDXLVIIII.
Come Fratello
Hieronimo Vida Vescovo d'Alba.

Longum esset enarrare, quæ de hac Cremonensium, & Papiensium controversia pertexuit Julius Vecconus (Jo. Paulus Mazzuchellus Cl. Regul. Congr. Somaschæ) in quadam dissertatione pro Bernardino Corio Medio-

deslautesi historico Bergomi edito anno 1712., nec non anno 1760. Carolus Antonius Tonzus. Sic non sufiat, tres quoque orationes lucubrarunt Papienses, eoque perducta res fuit, ut a Senatu Mediolanensi damnatæ Orationes Vidæ fuerint. Fidem fecere dicto concludunt. Id enim certo constat, die tempore 7. Augusti an. 1550. impositum fuisse solemni decreto utrique parti silentium. Qui harum rerum notitia delectatur, adeat præsertim librum Joh. M. Grandi cler. regul. S. Pauli, cui titulus, *difesa del P. D. Paolo Orsfeio Branda, e di Monsignor Girolamo Vida, Milano 1760.*

(4) Hoc Vidæ opusculum legere percupere, moræ impatiens, curavi, et transcriptum e regia bibliotheca exemplum ab amico Romam mittendum. Ut ad manus meas pervenit, longe aliter rem se habere deprehendi ex ipso titulo, qui est hujusmodi: *Oratione funebre nella morte del Re Cristianissimo di Francia Francesco I. di Hieronimo Vida Justinopolitano* (Capo d'Istria). Nihil igitur ad nos pertinere agnovi, quod tandem illi plane primum tere nobis videbatur. Studii tamen nostri aliquem tulimus fructum. Elegantis enim, & eruditæ huic opi potiti fumus, cujus exemplaria rarissima sunt. Præterea hanc rem, propter similitudinem nominis, diligentius inveſtigando, comperimus, Vidam illum Justinopolitanum nostri principatem fuisse. Scribit enim Bartholomæus Bezte in vita M. Hieronymi Vidæ, quem capitulum capitulum, præmiſſique sint commentarii in Christiadem, *illum relicta domo, fratreque Georgio Venetum duce flumine, ca-cisque parentibus, Augustinianam domum Canonicorum Regularium devotum adivisse.* Georgium igitur uterum, ut Berta ninis. Marci Hier. Fratrem ad Venetos transiisse constat: ex quo tempore Cremonam desiit ejusdem stirps. Justinopoli vero Georgium ipsum sedem fixisse, Pheraſque Venetis processisse certissime novimus. Viget enim ibi usque ad hanc diem familia Vidæ non minus antiquo genere clara, quem virtute majorum imitatione. Accepimus etiam extare apud eandem accuratis descriptum stemmate, quo ordine enumerantur, qui a Georgii usque temporibus ex illo ortum Justinopoli habuerunt. Hujus stemmatis videndi summa expectatione tenemur; cujus exemplum nobis promissum hoc loco edere statuimus, quod mutuus gratum, acceptumque eruditis fore non dubitamus. Ut enim magnorum virorum imagines non sine voluptate intuemur, & recordatione virtutis admiramur, ita si genus eorundem permaneat, jucundissimum nobis esse solet, in quo præsertim virtus successione quadam eluceſcat. Hieronymus fane, de quo agimus, ingenium ad literas attulit non vulgare. Patavii studiis bonarum artium operam navabat, quum orationem in funere Francisci I. scripsit, eoque ætate annum tum agebat xx. Adsunt ejusdem epistulam, quacum lucubrationem suam dedit ad amicum Ottonellum Belli. Alia scripsit ætate provectus, editaque, de quibus vide Niceronium.

AL MOLTO MAGNIFICO SIG. OTTONELLO BELLI AMICO MIO OSSERVANDISSIMO.

Questa estate passata, Sig. Ottonello carissimo, quando dopo i nostri studi andavamo d'intorno la città di Capo d'Istria per prenderne un poco d'aria, e di ricreazione, mi ricordo, che spesse volte, e con vari ragionamenti solevamo spesso nel mezzo addurre hor la clemenza, la liberalità, ed il gran valore di questo grandissimo Re Francesco I., hor la grandezza, l'ardire, e la buona fortuna di Carlo V., ed hor comparando essi i nostri gli antichi eroi, facevamo bella raccolta di stratagemmi, e di gravi sentenze. Hora che Tadova ci tiene a piu giovevoli studj, ed a più bei diporti in questo tempo di Carnevale, e di vanazze, deliberai di non perdere questo tempo indarno; ma quando altri sogliono vegliare le notti nei balli, e nelle feste, io più tosto in qualche bella azione dell'animo esercitarmi dovessi. Onde ritornandomi alla mente i nostri ragionamenti, & la molta inclinatione ch'avea, & ho a questo magnanimo Sire di Francia, per se stessa movendomi, elessi di fare un illustre panegirico delle sue lodi. Il qual Re, sebbene non ho mai veduto, nè conosciuto, nondimeno dalle sue regie, & singolari virtù compresi l'animo, fui sforzato ad amare, & riverirlo così morto. Ho composto dunque per dimostrare la veneratione mia verso di questo Re un oratione funebre in sua lode, proponendomi, & avvisandomi offrire all'illustrissima città di Parigi, nella quale io dovessi raccattare le generose imprese, & ornate sue. Et perche delle medesime virtù ui ho conosciuto singolar imitatore, & osservatore, mi è piacciuto dedicar a voi questi pro-

primi frutti, per far aver chiaro argumento della strettissima, & inviolabil amicitia nostra, la quale da primi cominciamenti fino all' età d'ambidue noi, che è ne' venti anni, è stata sempre accesa, ed avivata di fraterno amore. Accogliete dunque con lieta fronte queste mie primizie, che in più bel dono non vi posso dare, nè voi più bel fregio, per adornare il nome vostro, potete ricevere. State sano.

Di Padova a 22. Febbraro 1583.

Vostro amico e servitore
Hieronimo Vida.

Stemma, quod dixi, si aliquando acciplemus, postremo edemus Volumine.

M. HIER. VIDA ALBÆ EPISC.
P. BEMBO SACERDOTI CARDINALI S. P. D.

Audieram jamdudum te omnibus civium tuarum suffragiis delectum, ut honorifico tuæ Civitatis Senatus consulto Paulo III. Pont. Max. ornandus traderere: qui quidem honos a tuæ patriæ civibus, nostris temporibus, aut nullis, aut admodum paucis habitus est. Nuperrime vero mihi renuntiatum est, te ab optimo Pont. de totius Sacri Collegii sententia, atque authoritate in numerum Sacerdotum Cardinalium cooptatum fuisse; Dii immortales quanta bonorum omnium voluptate, atque lætitia! Oculatos sane, ac cordatos Cives tuos, qui te virum omnibus rebus ornatum inter suos summo honore eminere summopere optaverunt! Sapientissimum vero Pontificem, qui dignitatem tuam eo honore, qui apud nos summus habetur, præ omnibus civibus tuis amplificandam censuit! Id animum tua divina in remp. merita nobis dudum pollicebantur; id magnarum rerum, atque artium scientia, qua plurimum aliis præstas, non merebatur modo, verum etiam per se ipsa postulare videbatur. Gratulor tibi Bembe pater ampliss. te ad hæc gloriæ insignia evectum, ad quæ non ullis tu quidem artibus irrepsisti, sed optimi Pont. pro tuis ampliss. meritis gratiam aliquam referre volentis providentia, nihil minus cogitans, evocatus es, cum te plane ab hoc honore, & illustri gratia remotus esses, teque artium honestissimarum studiis involutus e turba, & pontificum subselliis in literarum otium penitus conjecisses. Age vero jam e philosophorum umbraculis, aciaque eruditarum eductus, rebus agendis accingere. Tibi enim non modo in castra, & pulverem, sed in aciem, & ipsum discrimen progrediendum est. Hactenus tibi vixisti, ut tuo tamen divino ingenio, quo summa omnia es consecutus, plurimis prodesses. Nunc tibi reip. vivendum est uni. Hactenus literis, & optimis artibus, ac disciplinis restituendis, neque illustrandis operam navasti, nunc tibi Paulo III. studium, & opera danda est, ut eum videlicet in administranda rep. authoritate, & prudentia juves cum iis omnibus, quos ex tanto optimorum hominum delectu Sapientissimus Pont. sibi ascivit consiliarios, & administros. Quo quidem re nihil unquam medius fidius neque nostris, neque majorum nostrorum temporibus visum est illustrius, aut antiquius. Hinc profecto omnium animi mirum in modum erigun-

tur

tur in certam spem, ut aliquam tandem rempublicam habere possimus, quod hercle facile nos consecuturos spero, cum sciam nobis rem esse cum his viris, qui in optimis disciplinis ab ineunte ætate semper versati, sanctissimis se moribus effinxere. Quamobrem ego equidem agendas gratias censeo Deo primum immortali, qui optimi Pontificis menti clarissimum lumen prætulit, ut tam egregie reipublicæ consulere posset: deinde ipsi Pontifici, quod in tantis tot annorum tenebris, ipse primum lucem intueri potuerit, atque voluerit, præfeceritque reipublicæ eos viros, quorum consilio, & prudentia nos minores quieti, ac plane securi esse possemus. Vale, & Vidam tui observantissimum dilige. Albæ Kalend. Julii MDXXXIX.

Petrus Bembus Cardinalis
M. Hieronymo Vidæ Albæ Episcopo
S. P. D.

Amabilissimas tuas accepi literas Kalendis Julii datas, quibus mihi de mea dignitate gratularis. Quas quidem literas non libenter modo legi, sed etiam cupidissime, avidissimeque perlegi, ipsa tabula pellicitus, quod mihi a VIDA, *hoc est ab homine omnium nostri sæculi clarissimo, mittebantur. Gaudes, recentem* PAULLI P. M. *cooptationem, qua me in Cardinalium Collegium adscivit, tibi gratam, & jucundam accidisse. Nihil enim malo, etiam e te, atque similibus, si qui sunt, diligi. Sed utrum sive sint, sive non sint, a te certe imprimis moveri & amari, & probari cupio. Quod autem eam dignitatem mea vel doctrinæ, vel virtuti fuisse traditam existimas, tuisque ornas meris laudibus, non dubito, quin plus in eo dixeris a benevolentia, quam a judicio permiseris. Veruntamen, utcumque se res habet, debeo tibi, si minus de altero, de amore quidem certe erga me tuo sane plurimum. Tu eo profecto non falleris, quod me nosti, meoque vitæ genere contentum, nihil de his honorum splendoribus putas cogitavisse, neque eos appetiisse. Nam, ut vere tecum loquar, factum fit, ut precasse me existimem, qui postremum vivendi extremis præceperim, quam gaudeam propterea quod maxima, clarissimaque dignitate auctum me, neque honestatum fruitam. Quod vero me hortaris, ut a studiis nostris melioribus ad Christianam rem tractandam, & juvandam me converterem, velim sic existimes, me id omnes dies noctesque meditari. Quid enim aliud agam his lustrulis, & numinibus scriptis? Sed neque dum Romæ sum, ut possim boni aliquid in medium afferre, & quanta nobis mala impendeant, vides. Ut verendum sit, ut qui reipublicæ præsunt, sedare universi tempestatem tantam non possint, at dum meam solius industria hoc tempore sit magnopere profutura. Sed profecto reipublicæ fluctuanti non deero, & elaborabo, quam potero, navabo. Reliquum est, ut me, ut facis, diligas. Quod si etiam litteras ad me, quam crebras tuis, dederis, ut quid agas, quibus in studiis te oblectes, quid omnino scribas, scire possim, erit mihi gratum. Vale. Nonis Augusti* MDXXXIX. *Patavio.*

Jacobo Sadoleto eadem de causa Vida gratulatus est. Hæc e latebris Epistola aliquando educetur. Extat Sadoleti responsio Epist. lib. 10., cujus priora verba hæc sunt,

Jacobus Sadoletus Card. & Episc.
Carpentoractis
Hieronymo Vidæ Albæ Episcopo
S. P. D.

Gratissimæ mihi fuerunt literæ tuæ, quæ & veteris nostræ amicitiæ memoriam mihi renovarunt, & declararunt in te æque pristinum adhuc amorem erga me ipsum residere: quo mihi nihil optatius, neque jucundius accidere potuit. Nam quum te semper amarim, & virtutis tuæ caussa plurimum dilexi, tum vero opto vicissim diligi a te, id recte existimarunt, conjunctionem tecum meam mihi magno honori semper fore, quod tuam de quoque homine judicium in utramque partem magnum haberet: neque solum te præsentia honoratum existeret, sed illustraret in omnem etiam posteritatem &c.

LITERÆ SUMMORUM PONTIFICUM

AD M. HIER. VIDAM ALBÆ EPISC.

Ex Archivo Vaticano

Venerabli Fratri Hier. Vidæ Ep. Alben.

PAULUS PP. III.

VEn. Fr. sal. Licet generaliter te cum cæteris Prælatis monuerimus, ut ad universale Concilium Tridenti indictum te conferres, tamen id ipsum specialiter ob probitatem, & doctrinam tuam tecum agendum existimantes, hortamur, tibique præcipimus, ut ad dictum Concilium quamprimum te conferas. Datum Placentiæ 14 Apr. 1543 an. 9.

Blos.

Eidem PIUS PP. IV.

VEn. Fr. sal. & ap. ben. Epistolam tuam non enim ob causam solum libenter legimus, quod lætitiam tuam ex hoc humilitati nostræ a Deo habito honore declarans, tuum erga nos studium, amoremque significat, verum etiam quod ita nos laudat, ut ea ratione nos potius admoneri intelligamus, quemadmodum nos in hoc summo sacerdotio fungendo gerere debeamus, quo expectationi hominum satisfacere possimus, quo nullum potest esse veræ, & sinceræ benevolentiæ majus indicium, nec quod nobis sit gratius. Tantum enim onus sustinentibus nobis, multo utilius est, quemadmodum id ferre possimus, admoneri, quam laudibus immodicis onerari. Itaque hoc tibi nomine in primis gratias agimus. Dei autem auxilio freti ita hoc munus sustinere conabimur, ut recta, quam Deus ipse nobis donavit, voluntas, studiumque Ecclesiæ ipsius in commodiorem statum redigendæ ab omnibus perspici, & cognosci possit. Quod ut præstare possimus apud summum illum æternumque Pastorem religiosis omnium precibus cupimus adjuvari. Pio autem desiderio tuo pro charitate fraterna, & pro nostra erga te propensa voluntate, libenter annuentes, tibi, sicut supplicasti, plenam omnium peccatorum tuorum veniam, omnipotentis Dei misericordia confisi, & Beatorum ejus Apostolorum Petri, & Pauli auctoritate tribuimus, atque largimur. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 30. Martii 1560. Pont. nostri anno primo.

Eidem Cardinalis Alexandrinus nomine Sanctissimi

PII PP. V.

Literæ tuæ observantia, benevolentia, officio denique redundantes SSmo D. N gratissimæ fuerunt, qui tametsi voluntate est egregia, idque unum sibi propositum habet, ut Ecclesiam Dei valde jactatam, & majoribus, quam dici potest, incommodis adfectam, aliquando tamen pacatam, & florentem præstet; ea tamen est malorum magnitudo, & miserrimorum temporum ratio, ea furum, ut ipse quidem judicat, virium imbecillitas, ut impositam sibi a Christianis omnibus expectationem sustinere ut possit, sane plurimum vereatur. Itaque quod unum reliquum est, ad Dei ipsius opes, cujus voluntate, & consilio summo sibi dignitas contigit, esse confugiendum statuit. Quæ vero duæ res maxime necessariæ sunt, tantum sibi pondus sustinenti, eas a te, tuique similibus in primis expetit, ut supplices adsiduis precibus opem sibi divinitus imploretis. episcopali vero munere pie, ac diligenter obeundo, quod tu summa cum tua laude facis, se magnopere sublevetis. Quæ autem proprie speras, atque optas Christianæ Rei evenire, eadem a Deo precibus, ac votis omnibus precari te SSmus D. N exoptat. Quod unum enim sibi posse tantum videtur, voluntatem ad tantum munus attulit, omnipotentis autem Dei facultas tota est perficiendi. Tu vero ob maximas virtutes tuas, præstantemque doctrinam, SSmo D. N semper carissimus es futurus, quæque ad augendum te, atque ornandum pertinebunt, omnia ab eodem speres licet. Dat. Romæ die 16. Febr. 1566



MARCI HIERONYMI VIDÆ
CARMINA

QUÆ AD UBERIOREM EJUS OPERUM EDITIONEM DESIDERANTUR.



Idæ amatores, complures jamdiu optare novimus, ut collecta undique carmina, quæ ille aut juvenis, aut limæ non usus condidit, in lucem proferrentur. Negligi enim, & oblivioni tradi ægre ferunt, quæ auctor scripsit, quoquomodo scripserit, cujus fama merito magna est, judicioque Popæ, quod supra retulimus, tam clara, ut Leonis X. Pont. Max. ætas uno Raphaele Sanctio pictore, unoque poeta M. Hieronymo Vida celebrari jure possit. Data de illo scribendi occasione, nos morem illis gerere curavimus. Quod vero ea, quæ dixi, non sint cum cæteris ejusdem carminibus comparanda, neminem movere debet, qui animum adverterit, ut rem ipsam cognoscat. Ut enim non in minimo pretio habentur, quæ excellentes pictores vel leviter, primisque lineis adumbrarunt; atque in iis conquirendis, comparandisque dare operam videmus, qui arte, rationeque picturæ delectantur. ita præstantissimorum virorum, qui præsertim poesi simillima picturæ maxime claruerunt, scripta æstimanda sunt, vel ipsa, quibus illi extremam manum non imposuerunt. In quibus certe excellens quædam artis ratio est, idemque semper auctoris ingenium comparet.

Neque nos deterret, quod hoc indignum fore factum Vida declaraverit in editione suorum operum, quam ipse Cremonæ perfecit anno 1550. *Si quid*, inquit, *ullo unquam tempore adjectum fuerit, adulterinum censeo, ab aliquo aut maligno, aut in re aliena nimis officioso, ac diligente adinventum*. Quæ enim ipse suo nomine edidit, prohibere ab iisdem perpetuo circumferendis neminem sane potuit. Præterea in serie aliorum carminum illa enumerari, nec nos patiemur. Demum a Vida licet abdicata, edenda tamen sunt, ut quanti facienda sint, quæ ipse abdicavit, cognitum esse cuique, atque exploratum possit. Itaque recte monent cll. Vulpii, qui nonnulla ejusdem carmina ad calcem editionis Cominianæ edere instituentes, inquiunt: *neque propterea nos aut malignos, aut in re aliena nimis officiosos, ac diligentes appellatum iri existimamus*.

Jam

Jam carmina ipsa quæ sint, atque unde ea acceperimus, dicendum est. Epicedion, quod mense Januario an. 1511. in funere Oliverii Cardinalis Carafæ biduo Vida effudit, typis editum reperimus in Miscellaneis bibliothecæ Barberinæ. In his quoque extat Carmen pastorale a Vida perfectum, vulgatumque, in quo deploratur mors Julii II. Pont. Max. (*). Eclogam *Aphatarquet* adjecit carminibus Vidæ Maturinus Prevoſt in editione Parisiensi ann. 1581. Cujus editionis nullum exemplum reperire potuimus. Eclogam vero ipsam Parisiis describi curavimus, quam propediem nos accepturos confidimus.

Lilius Gregorius Giraldus, Augurellius, Freherius, Borrichius, aliique de præstantissimo poemate mentionem faciunt, cui titulus XIII. ITALORUM PUGILUM CUM TOTIDEM GALLIS CERTAMEN, quod a Vida, suppresso nomine, ad Balthassarem Castillionium missum ferunt. An typis vulgatum unquam fuerit hoc Vidæ poema, neque negare ratione possumus, neque affirmare. Id nobis curæ fuit, ut, quotquot Romæ extant, amplissimas bibliothecas diligentissime lustraremus, illius reperiendi gratia: sed defessi ambulando sumus, operamque perdidimus.

(*) Ex epistola, quorum Epicedion missi ad Cardinalem Vincentium Carafam, constat, tum Vidam heroicum opus sub lima habuisse, quod ex versu ipsius Epicedion quarto, & ex altera epistola Carmen pastorale præmissa comperimus esse *Juliaden*. Quodnam vero fatum habuerit hoc poema, penitus ignoramus, nisi id est, quod suspicamur, illud Vida ipse suppressit.



RMO D. VINCENTIO CARAPHÆ

Archiepiscopo Neapolitano

HIERONYMUS VIDA CREMONEN.

Canonicus Regularis Lateranensis S. P. D.

Quantum nos omnes, hoc est Canonici Regulares, Vincenti Pater, & Domine, Oliverio patruo tuo nuper inter Divos publico orbis mærore relato, debeamus, non modo hæ nostræ Paci æternæ dicatæ ædes, quos ipse magnis sumptibus nobis eleganter construxit, verum etiam infinita prope beneficia in nos ubique terrarum collata, testimonium afferre possunt. Semper enim, dum vixit, rem nostram consilio juvit, profusa liberalitate auxit, auctoritate munivit protector, & assertor. Quantum igitur ex ejus obitu mæroris contraxerimus, facile tibi perspectum esse potest, si tamen illi dolendum sit, qui ex tempestuoso pelago in tranquillum portum est receptus. Neque enim est, quod quicquam mali illius Manibus timeamus, cujus semper vita innocens fuit, & religioni addicta, qui se se tanta in illa rerum affluentia, tantaque fortunæ indulgentia ita semper gessit, ut ejus vitam potius divinam, quam humanam censeremus. Ego autem, priusquam sacris inauguratus essem, semper illum suspexi, supra hominem virtute assurgere arbitratus. Canonicus mox regularis patrem recognovi, & Dominum, adeoque amavi, ut me felicem arbitrer esse in illo cœtu, ac tribu, cujus ipse protector esset, & pater. Itaque quem viventem semper colui, defunctum etiam versibus persecutus sum, quos tibi, Reverendissime Domine, dicavi. Opus certe non multa lima expolitum, neque longis lucubrationibus elaboratum, sed biduo tantummodo effusum, statimque, hortantibus concanonicis, editum, periculosa certe temeritate. Sed dolori tuo, quem ex relicto patrui desiderio concepisti, subveniendum tempestive erat; malnique imitari in hac editione Protogenis pictoris institutum, quam Callimachi statuarii, qui Cacizotechnos appellatus est, quod ille ferret manum de tabula tollere, iste autem diligentiæ finem non haberet. Satis mihi erit, si tibi placuero. Nam apud cæteros hanc festinationem propediem excusabimus, operis solidi, & heroici editione, quod diu pressum sub lima retinuimus. Vale.

EPI-

EPICEDION

In funere Reverendissimi Dñi Dñi Oliverii Caraphæ Neapolitani Cardinalis Episcopi Hostien.

Hinc procul Aonides sacras auferte coronas
Fronde mea, nudate comas, per tempora mæsto
Taxus eat. Nil dulce cano, non arma, tubasque:
Euganeas pono strages, cæptomque remitto
Julinda, insanas bellantum æquare calores
Ausus. In Italiam Rhodaneja ducere castra
Desino, & ingentes ultra intermitto paratus.
Adsis religio, sanctum per sæcula nomen.
Nam tuus iste dies, tua tristi fata querela
Prosequor, & mæsti damnum irreparabile mundi.
Occidit ille tuus, qui te super æthera alumnus
Extulit, & priscos veluti revocavit ad annos
Ille Dicarcheæ decus immortale Carapha
Parthenopes, quem purpureo sacra Roma galero
Ornarat gratum patribus majora merentem.
Non illi ingentes quæsivit prodiga honores
Largitio, non clara domus, ditesve parentes:
Nuda sed evexit suprema ad munera virtus.
Quin etiam lactans falso fortuna superbo,
Quo sedet humano superis æquatus honore
Terrarum rector sæpe illi blanda trahentem
Porrexit dextram, primosque ostendit honores.
Ille autem nullo ne læsam crimine famam
Inficeret, sanctumque decus, non passus, & ultro
Oblatum amisit munus, semperque secundo
Maluit esse loco, quam non venalia vafro
Sponte ambire dolo. Sed qui gessere potentes
Tergeminum diademe patres virtute coacti,
Ingenioque viri semper timuere minorem.
Ipse etiam, qui Tarpejas nunc temperat arces,
Cui pater æternos superum partitur honores:
Hunc ultra mitis (reverentia rara) colebat
Julius, atque pia sponte assurgebat honore.
Hoc vitæ sine nube tenor, sine crimine mores
Præstiterunt, patribusque ipsis fecere verendum.
Namque licet longos grandævus gessit honores,
Et largas possedit opes: tamen ipse profuso
Vicit opes animo, rarosque agnovit honores
Cælitibus largus, sibi pauper, & indigus uni.
Focis structa domus nostræ testatur, & almæ

Pal-

Palladios innumeris tectum sublime columnis.
Hæc opera æternum servabit Roma, nec ipsa
Parthenope illius minus est obnoxia cultu,
Surgit ubi aurato sapientia pariete dives.
Quid referam assidue sacræ data munera plebi,
Officiumque frequens? Miseris domus illa patebat
Semper, & appressi complebant atria cives.
Omnibus ipse aderat facilis, pressamque proterva
Justitiam vi, invictus tutabatur, & ipsum
Terrarum Dominum placabat providus urbi.
Quid mirum ingenti si sævit pallida luctu
Roma nigrum demersa caput squalore perenni?
Undique singultus resonant, dant templa querelas
Uda, viæque fremunt gemitu, stat tristis ubique
Luctus, & alterno responsant sidera planctu.
Invidiam metuere Dei, trux Atropos ultra
Ipsa suum sero damnavit mæsta furorem.
Ædibus in mediis, dolor ah, stat molle feretrum.
Concurrunt veluti contacti fulmine cives,
Plenis turba viis, densi super oscula fusi
Frigida, dant lacrymas, hument strata aurea luctu.
Quisque sui tamquam fleat immatura parentis
Fata gemunt, corpusque ligant complexibus arctis.
Nec famulis arcere datur. Vidi ipse parentes
Natorum flere ante rogos, natosque parentum:
Et minor ille fuit luctus. Vix ipse peperci,
Quin furerem præsens questu bacchatus aperta,
Cum miseram juxta plebem, vulgusque viderem
Nobile in expleto lassantes brachia planctu.
Non magis extinctos duo belli fulmina Roma
Flevit Scipiadas, Fabiumve parata morantem
Arma, & Elisæas sternentem mente phalanges.
Talis ubique sonat questus. Quid numina prosunt
Culta Deum? quid casta fides? quid candida virtus?
Si nulli mortis manet exorabile limen,
Atque implacata secat Atropos omnia dextra?
Heu funesta dies Romæ, mundoque relicto,
Quæ te, magne pater, majoribus addidit astris
Indigitem futura Deum. Tu ne ordinis ille
Purpurei sublimis honos? Tu ne ille precatu
Qui rerum dominos urbi mulcere solebas,
Occidis, & viduæ relinquis sacra mœnia Romæ?
Quæ tantum mundo reparabunt sæculo damnum?
O ubi tranquillæ mitis reverentia frontis?
O ubi blandus honos? ubi gratia mixta verendo

Im-

Imperio, & vultus cum majestate modesti?
O ubi casta domus virtutis hospita semper,
Atria musorum sedes, vatumque receptus?
Unde aberat semper porro indetonsa juventus.
Non tibi Sangara miscebant pocula cœtus,
Iliacave manus; sed te longæva juvabat
Canicies docti imprimis, castique ministri.
Talibus ubi passim magis viduata querelis,
Et cunctis sævo anguatur præcordia morsu.
Jam celer æquoreas pervenit Tybris in undas
Nuncius, & tristi portavit Nerea fama.
Audit ætheria veluti perculsa procello
Parthenope. Actutum nigra consurgit in urbe
Luctus, & ingenti resonant cava littora planctu.
Exululant resonis nymphæ Sebetides antris.
Dat gemitus turbata novos Achelojo Siren.
Inferit humentes spumosa sub æquara vultus,
Mersa freto gemit, & vitreis immurmurat antris.
Atque iterum surgit tollens e gurgite summo
Roriferum caput, atque iterum lachrymota sub undas
Cum gemitu ora refert, rursumque emersa profundo
Conqueritur: planctu longe conclamat utrumque
Littus, & Æthnææ responsant flebile rupes.
Talis Sicanio quærit Trachinia ponto
Alcyone Ceica gemens, cum blandus Apollo
Atterit aurata Nepheleja vellere curru.
Solantur Nereus frustra, grandævoque Doris.
Blandæ etiam attentant cantus, mollesque choreas
Nereides. sardn illa fugit solatia mente.
Nec magis exaudit placantia verba sororum,
Quam circumfuso rupes pulsata profunda.
Luce gemit, repetitque novas sub nocte querelas.
Sastulit incultam ferali pulvere barbam,
Et veteri gemitus audivit ab usque sepulcra
Montous vates, luctum miseratus acerbum
Parthenopes mersam incendunt clamoribus urbem.
Ungue caput matres fœdant, & pectora pugnis.
Mænia laxa putes, atque hostes urbe receptos
Obsessa, & sævos ardere penatibus ignes.
Audit Avernalis longe domus alta Sibyllæ
Atque Dicharchei portus, Vesuvieque rupes.
Sic civem, patriæque patrem pietate sequuntur
Plebs rudis, & mixti nullo discrimine cives.
Flent pueri simplex ætas, causamque dolendi
Haud novere tamen, tristes docuere parentes.

Pur-

Purpura funereo subito mutatur amictu
Indulgent lacrymis omnes: juvat æthera planctu
Irruere, & merito foutem pulsare tonantem
Invidia, sævisque ferunt convicia fatis,
Ac nimis Elysias credunt properasse sorores.
Cum vero audierit casus infantis amici
Julius ad trepidum, qui nunc diffulminat armis
Eridanum, quantas lacrymans dabit ille querelas?
Illi eris æternus dolor, o pater optime, qui cum
Partiri tuto curas, ac magna solebat
Pondera, & ambiguis consulta exquirere rebus.
Consortes flebunt fratres, magnusque Senatus:
Haud secus Argolici dum tentant pergama ferro
Jurati diuturna duces in fata ruentem
Longævum ingenti deflessent Nestora luctu.
Te sacra absentem quærent penetralia longum,
Et locus ille, patres ubi grandia munera tractant,
Ardescet desiderio, æternumque dolebit,
Atque tuo emissas sperabit pectore voces,
Voces, quas pariter pietas dictabat, & alma
Religio, ac justi libertas conscia veri.
Quis nunc sacricolas tam miti pectore sectas
Proteget, atque pio Superum defendet honores?
Sacrifici te pene omnes dominumque, patremque
Orabont cœtus: quis nunc ad præsidis aures
Verba, humilesque inopum referet sine fraude precatus?
Vos o lingeri socii, quos una coercet
Mecum religio, veris ululate querelis,
Votoque feralı date pectora quassa dolori.
Corruit ille orbis decus ingens, quem penes unum
Nostrarum tuto stabat custodia rerum.
Spem si quam illius dignis habuistis in ausis,
Ut nobis raptas Laterani redderet ædes,
Ponite. Dum superis spirabit sospes in oris,
Nil intentatum, nil prætermisit inausum.
Nunc autem exstincto mersa est spes omnis in illo:
Ni forsan qui cuncta potest, post prælia Julius,
Pace suas partas superis instauret honores:
Quod reor, & doctæ mihi prædixere sorores.
Hunc saltem merito mæsti comitentur honore.
Fundite thuris opes, nubesque inferte Sabæas:
Cinnama, odoratasque Arabum dispergite aristas,
Infames myrrhas, Syriasque effundite succos,
Veraque mansurum testentur signa dolorem.
Interea mæsto solantia verba Nepoti

Con-

Causero, & insanum prostrati mulceo luctum.
Ossibus insedit penitus dolor, & via plagæ
Alta nimis, furit, & mersa bacchatur in æde.
Sponte ingens aperit vulnus, dulcemque dolorem
Insatiatus alit. Mea nil vocalia prosunt
Fila: odit Chelyn, & surda a me avertitur aure.
Intempesta cana: juvat immoderata dolendi
Libertas, juvat & sæva se immergere luctu.
Sed jam care fides, & verba medentia pono
Vincenti, tecumque fleo non vulneris expers:
Nec metum flendi statuo, finesve dolori
Tu Patruum desles: mundi ploro ipse parentem;
Cujus ad extremæ penetravit sacra receptus
Tethyos, & fessi quo non adit orbita Phœbi.
Una ambo æterna fatiemus pectora planctu.
Scindamus laceros crines, cineremque libamus.
En ego funerea sacra tempora domno cupressa:
Sic eat, & nostro fateatur numine luctu.
His ego, qui nuper solatia vana parabam
Irritus invicto laxaram fræna dolori.
Teque etiam victus gemitu majore trahentem
Sectabar. Qualis medio cum navita ponto
Nititur adversa spirantia murmura pinu
Oppositi superare Noti: sed remige cassa
Vincitur, & raptam quo poscunt flabra carinam
Dirigit invitus, sequiturque proterva faventis
Jussa auræ, ingratosque legit rate retro recursus.
At victum, & sævo lassantem pectora planctu
Corripiens Patruus (sic noctis visus in umbra)
Admonuit, tenuique dedit has murmure voces.
Siccine dilectum, vates insanus, Nepotem
Æternis squalere malis patiere sepultum?
Nec solatur adis, nec verba medentia profers?
Quin etiam insano præbes tu terga dolori;
Atque ultro imprudens lacrymis fomenta ministras,
Flagrantemque juvas stipulis arentibus ignem?
Sume animum, & ficto prætendens gaudia vultu
Quære novas artes: neque enim solatia nota
Admittit: nihil ecce juvat mors amabilis æqua,
Aut cunctis subeundi via est, ac januæ leti,
Instrepere, tacitaque frequens iterare profatu
I, saltem moriens ego quæ solatia liqui,
Et mea verba recens vanos cohibentia questus.
Quæ suprema tuli, creber repete auribus illi
Dixit: & effugiens cum somno evanuit umbra.

Ergo ego jussa libens obeo, & memor alta renarro
Ultima, quæ patruus moriens oraculo fatus.
Extremum lecto infratus, fatisque paratus
Ducebat fessis animam vitalibus ægre.
Hærebas lateri tu mortis imagine plenus,
Et tibi non digno latrabant pectora morsu.
Spem simulas, tacitumque premis sub corde dolorem.
Non tamen humentes potuisti abscondere vultus.
Uda per ora fluunt lacrymæ largo imbre profusæ.
Sensit vicino, qui jam cava lumina leto
Flexerat immoriens patruus. Tum fata parumper
Expectare jubet, tepidosque recolligit artus,
Reliquiasque animæ volucres abeuntis in auras.
Tales deinc fancto eruperunt pectore voces.
Quid ploras? Pone o dulcis suspiria nate,
Quem non ipse pater genui, sed fratre sinente
Excipiens genitum, tanquam mea pignora, fovi:
Ne patrui cructo fugientem luctibus umbram
Vixi, & quæ dederant mihi prodiga fata, peregi
Tempora jam fessus lustris, atque obrutus ævo
Nam mihi nunc ternum tardus prope falcifer orbem
Circuit, octonumque fluens jam respicit annum
Flamma Jovis blandi. Nunc partum fessa senectus
Aspicit, & tristes sperat finire labores.
Lætus eo; fuerat quondam mihi vivere dulce:
Sed nunc dulce mori, nec terret janua leti.
Quicquid adhuc facilis daret indulgentia parcæ,
Non esset vita illa mihi, sed anhelitus æger,
Et dolor, atque labos, & morbis fœta senectus.
Quicquid mortali fas est impendere vitæ,
Concessit fortuna mihi, semperque benigno
Lumine me aspexit, viresque ostendit in uno
Illa suas, nunquam rupto mutata tenore
Non sine luce genus fuerat mihi. Nulla reposta
Est adeo plaga, quæ nostros non sæpe Carophos
Audierit, quos ipsa recens opponere Romæ
Parthenope solet, & priscis æquore Camillis.
Ipse ego nec claros involvi nocte penates
Degener, inventamve dedi sub nubila famam.
Nam dum primo rudes ætas mihi circuit annos,
Me musæ fovere sacris Sebetides antris.
Mox tenera egressus pube, & jam firmior annis
Ad secreta tuli legum penetralia mentem.
Edidici quicquid bissenæ jure minaci
Præcipiunt tabulæ æratæ, mulctentque, vetentque:

Quid

Quid Latii statuere duces, sanctusque senatus;
Atque insurgentis decreta minantia plebis
Mox sacri pia Jura fori prius inclyta nostros
Eridani in ripis Ferraria vidit honores;
Cum nostris demta comis irreperet auri
Laurus picta notis, & cingeret aureus orbis
Insignem digitum: nec nos facundia fugit.
Hinc me diversum reges misere per orbem
Stirpis Aragoneæ, queis pulchra Neapolis olim
Subdita erat. Veni varias Orator ad aras.
Sequanicos adii reges, sinuosque Batavos;
Et Tarthessiacos tepido sub sidere Iberos.
Quin etiam Tarpeja adii penetralia missus,
Cum rerum Euganeus tractaret Paulus habenas,
Unde mihi accessit mirctæ purpura fronti.
Non tamen inde quies parta est mihi. Cogor in omnes
Ire plagas, populosque sacris compescere frenis.
Sæpe ego magnorum discordia pectora regum
Composui, pacisque fui, bellique sequester.
Nec mihi sum tantos largis mercatus honores
Censibus, aut venit turpi ambitione galerus.
Ipsi me mores ornarunt, nudaque virtus.
Fortunam agnovi, nec divum munere abusus
Intumui: quin & mea si cura ulla fuisset,
Tractassem immensi frenos rerum arbiter orbis.
Casta fuit domus, ac turpi non prodiga luxu,
Et nunquam mihi vita nocens, nec triste regentis
Imperium famulae, ut dulcia pignora amavi.
Religio cordi semper mihi fixa cohæsit,
Nec nisi secreti latuit mens conscia recti.
Servit ubique meis meritis obnoxius orbis.
Tanta (decus rerum) coruit fortuna furenti
Invidia, atque plaga late nunc plangar ab omni.
Luctus erit lapso vix unquam cognitus ævo.
Et dubitemus adhuc miseris excedere terris?
Quid majus fortuna meis impenderet annis?
Linque hilarem super ætheri convexa Senatus
Scandere, nec tristi turba mea gaudia luctu.
Per summi reserata feror secreta tonantis.
Aligeras acies video, cœtusque piorum:
Expectant alacres superi, dat jubila cœlum;
Et plaudunt festo mihi numina læta theatro.
Dixit, & in placidam reflexit lumina mortem;
Extremamque tuis animam spiravit in ulnis.
Non vis ulla fuit morbi, sed sola senectus

Morbus erat, nulloque abit læta umbra dolore.
Haud secus exangues cum pallens ponere frondes
Incipit Autumnus, nudis pendentia ramis
Poma cadunt, levibus si flaverit aura querelis.
Tu tamen, absumptus veluti florentibus annis
Esset, & infausto properassent stamine parcæ,
Indulges lacrymis, & luctu pectora turbas.
Ac super extremas patrui procumbis adempti
Reliquias, animamque oculis humentibus haurıs.
Circumstant proceres dextra, lævaque frequentes,
Nec mulcere valent. Quid si tu filius, esset
Ille pater? silent tandem Romana vetustas
Scipiaden, cesset magni mens alta Maronis
Miari Iliacum nati cervice parentem
Effugisse ignes, & tela sequacia Graium,
Cesset & Ethrusci laudata audacia Lausi.
Sed jam pompa vocat, ducendaque funera quæstus.
Ampla replent clari multa cum plebe Quirites
Atria, funereum decus, atri mortis honores.
Ducitur aurato corpus sublime feretro.
Tota coronatis infert se Roma fenestris,
Spectatura decus. Longo subit ordine vulgus
Nobile, Sacricolæque pio sermone precantur.
Ceratæ de more faces, quot funera nulla,
Nec veteres habuere ragi, regumve sepulcra,
Præcedunt, vincuntque diem: via lucet ob igni.
Impia flagrantis dicas incendia Romæ.
Interea molles Vincentius undique odores
Per cuneos sparsisse jubet. Flagrantia late
Fumant thura focis; bene mollia cinnama spirant,
Coriciique croci, casiæque, & gratia myrrhæ.
Quicquid odoratis ad nos portatur ab Indis,
In patrui spargit funus, nec prodigus explet
Corda tamen vellet totas effundere census
Felix Tarpejæ, felix domus alta Minervæ,
Quam pater æterni tantus dignatur honore
Hospitii. Felix æternum nobile saxum,
Non tantum nuda ossa capis, magnique parentis
Reliquias. Astræa colit tuo limina, & ægra
Religio. Jamque æternum pater optime salve,
Æternumque vale, cujus mihi nomen Apollo
Invidet, & doctæ vix admisere sorores
Te tamen, immodicos donec considat in ignes
Mundus, Oliveri te postera sæcla loquentur,
Et mea mansuros referent tibi carmina honores.

Ipse

Ipse Padi in ripis musis comitantibus alun
Surgit ubi natale nemus, solemnibus aris
Annuo Sacro feram mærens, & inane sepulchrum
Accumulabo rosis ac veris honore rubentis.
O mihi tunc calathis quis candida lilia plenis,
Quis det odoratas Syriæ felicis aristas?
Tunc mihi populeis nudatæ tempora sertis
Heliades fundet lacrymas, & nobile gummi
Aonides mœstæ circum, & nil dulce sonantes,
Infausta caros implebant murmure lucos.
Ipse mihi absterget lacrymas miseratus Apollo.
Sed quid ego hæc? Potius casto tibi pectore ad aras
Placabo faciles superos, requiemque precabor
Æternam, atque tuas felices Manibus aras,
Et nunquam accensis Cererem libabimus aris,
Aut sacros latices, quin tu, pater optime, nostri
Omnibus in templis fueris pars maxima voti
Longus eris nobis dolor, & semper nova clades;
Atque diu mœsto felix plorabere mundo.

Ejusdem Epigramma affixum foribus, cum in Pacis æde Canonici regulares die septima justa persolverent magno civium concursu

VIator, hujus qui teris domus limen,
Mane obsecro vel occupatus paulisper,
Donec bonis rem fecerimus Diis sacram.
Nam Manibus persolvimus pia justa
Illius, orbas qui reliquit Evandri
Arceis modo ingenti sui desiderio:
Quem vagientem protulit Neapolis
Molli solo sub roscida sacri ripa
Sebeti: in artu cui parens risit Siren:
Cui de sepulcro proximo dextras Divos
Mantous exoravit auditus senex
Mox Roma Leta blandiens fovit sinu,
Deditque dignæ purpuram sacram fronti.
Vixit secundo carus omnibus statu.
Intelligis viator? Ille est Carapha,
Ille, ille, quem sepultum inexoratæ flent
Parcæ. Sed oh nimis potens necessitas.

Absolutum Romæ in sacris ædibus Pacis nostræ decimo Kalendas Februarias M. D. XI.

CAR-

CARMEN PASTORALE

IN QUO DEPLORATUR MORS

JULII SECUNDI PONTIFICIS MAXIMI

HIER. VIDA CREMONEN. CANON. REGUL.
LEONARDO RUEREN. CARD. AGEN. S. P. D.

BUcolicum nostrum, Leonarde Card. optime, quod nuperrime in Julii Pontif. Max. funere scripsimus, nulli alteri æque ac tibi deberi, & Corycius noster bonarum literarum genius, & omnes eruditi, ad quotquot manus id pervenit, sentiunt. Ego quoque in eorum sententiam haudquaquam repugnans deveni, cum ob alia multa, tum quod nostri illi Pastores, ut ex ipsius carminis lectione cognosces, nocte superveniente, sese receperunt in villam Leonii pastoris, hoc est, Leonardi Rueren. Card., a quo, ut arbitror, humaniter suscepti sunt. Introduximus Vitiscum quemdam pastorem ipsius Julii Pontificis Maximi sub persona Querceotis pastoris in vasta solitudine mortem deplorantem, clam auscultantibus duobus ejus amicis pastoribus Myrtilo, & Coryleto. Edidissem id quoque, quicquid est carminis, in vulgum, nisi veritus fuissem me credere judiciis quorumdam, qui sibi satis docti videntur, mihi vero nimium. Fore enim arbitrabar, si qui fortassis hanc Eclogam lecturi essent, quosdam, qui illam omnino damnandam censerent, tum quod numero versuum excedat metam hujuscemodi carminis, tum quod nimium stilus assurgat. Nam Vitiscus noster aliquando obliviscitur se pastorem, & nimis multus rapitur, musis indigoantibus laudes tanti viri pastorali stilo adumbrari. Solent etiam isti in poematis errata deprehendere, quæ nos elegantias, & ornamenta versuum dicimus. Ne vero te prolixitas nimia offendat, lege partem unam, & quantum libet reliquum abjice. Atque ita arbitrio tuo Ecloga erit brevis, aut longa. Leges hic quidem nonnulla simpliciter (ut a Græcis fit) dicta, quædam vero, immo fere omnia figurate, hoc est, per allegoriam, quod nostri, idest Virgilius, faciunt. Cum vero Juliaden nostram, quæ jam ad finem properat, meliorem reddiderimus, tuis fortasse auspiciis in publicum exibit. Vale.

HIE.

HIERONYMI VIDÆ
QUERCENS

INTERLOCUTORES

MYRTILUS CORYLETUS ET VITISCUS.

Myr. *Expecta o Corylete: tibi en dum grandibus urges*
Passibus asperum iter festinue, decidit olter
Pero humero, vix te potui unquam sistere surdum.
Clamabam, & vocem ventus referebat od oures.
Cor. *Senseram, & ipse humero herebat Myrtile fascis*
Jam levior, sed nulla fuit tum cura reverti.
Nam mihi Vitiscum Quercentis funere tristem,
Iratumque Deis hæc linquere rura relatum est,
Et patriam petere, ipse etiam propero comes ire:
Statque mihi omnino hac ingrata excedere terra,
Et patriæ tandem dulces invisere fines,
Letus ubi gratas texit mihi Larius umbras;
Atque ubi pallentem lapidem pater abditus antro
Excavat in fragiles torno stridente lebetes,
Unde coquant alus Agricolæ, & cum lacte polenta.
Myr. *Credulus oh nimium Corylete. Illum ipse reliqui*
Nuper Corycii ad Salices, dum cantat avena
Cantelmi natum crudeli morte peremptum,
Cantelmi natum vitulum, quem Naidos omnis,
Eridanumque refert flevisse sub alveo alto,
Et septem nulli visum latuisse diebus,
Corycio ah nimium longam indignante querelam:
Cor. *Quin iter arripuisse Arsilli filia vidit*
Ad fossam viridem, dum se illi plurimus ofser
E passu rediens strepitanti mersit in amne.
Ipse locum quoque, dum pergo, modo reperi, ubi ille
Flevit. Adhuc lacrymis tofus madet interfusis:
Et Laurus servat juxta hoc in cortice carmen
Ah moriens Quercens tecum o tecum omnia vertis
Myr. *Non ego contendam tibi nunc Corylete Sed illum*
Ambo age (nam brevior via) per viburna sequamur
Fors precibus (neque enim est durus) revocabimus illum.
Tu Corylete rogato, & me Vitiscus amavit.
Cur tamen interea Quercentis morte dolore
Turbatur tanto? Neque enim illi munera dives

Ul-

Ulla dedit Quercens unquam: licet omnia laudes
Quercentis nemora, atque amnes, vallesque referrent,
Vitisco cantante, fuit sine munere carmen
Hactenus, & semper pauper pecora haud sua pavit.
Dic age quando vae sermo levat ipse laborem.
Cor. *Huc illum e patria, non Myrtile cura peculi,*
Non libertatis spes egit. Plurima frater
Illi rura serit, qua texit arundine glauca
Serius umbrosas ripas, queat unde videri
Ex alto turris formosæ rura Cremonæ,
Quæ cælo erigitur, modo non sit nubilus aer
Illi etiam pecus, & simæ dumeta Capellæ
Tondent, atque errent niveæ per prata juvencæ:
Atque illi intexunt frondosa umbracula vites
Sæpe ille in patria, memini, cantare solebat
Per pagos, per rura, per omnia compita lætus.
Sylvæ assurgebant cantanti, pascua, & amnes,
Pastoresque. illi solus certare Syriscus,
Ah ferus, audebat, sæpe in certamine victus.
Sed rubus est quantum procera vilior alna,
Vitisco inferior tantum cantante Syriscus
Jamque etiam culmi Cerealis mergite crinem
Evinctus, se matutinus agebat ad urbem
Aut hædum, aut agnum dominæ, lactisque recocti
Munera, & aut uvas, aut hispida mespila portans.
Illa dabat, quæ rus rediens, dehinc ipse referret,
Aut crocea uxori capitis velamina, natisve,
Aut pictas tunicas, aut imæ tegmina plantæ,
Et piper, unde solet lautum condire fasellum
Semper ab urbe domum multo gravis ære redibat.
Sponte sua patriamque, & dulcia limina mutans
Exilio, durisque suæ fata culta Cremonæ,
Uxorem, & natos Tyberino posthabet amni.
Nam magni postquam Quercentis nomen ad aures
Illius venit (jam tum increbrescere fama,
Et virtus magni Quercentis) nomine tractus,
Et sola virtute viri. sese ocyus illi
Obtulit arguta carmen meditatus avena;
Illiusque pecus pavit. Sed, ne tamen omnes
Contereret sine fruge dies, impendere curam,
Et cœpit plantare ulmos, & ponere vites
Sed non, heu! votis respondit terra coloni.
Nam cum plana forent, aut colles, aereum ipse
Elegit montem, quem flabra sonantia semper
Exercent sese circum, nunquam unde recedunt
(*Ab*

(Ah nunquam) gelidæ æstivo sub sole pruinæ.
Aruerunt ulmi, aruerunt & frigore vites;
Pauca tamen rarei sparsit labrusca racemos.
Sed quod ego? heus aures huc, Myrtile, ocyus aures:
Audystin gemitumque, & luctisonum singultum?
Myr. *Audivi, & (nisi fallor) hic est Vitiscus in antro*
Abditus, aut ipsa flet in umbrosa convalle
Virgultis septus densis, atque arbore multa.
Ille est, agnovi vocem: dum sæpe resurgens
Quercentem ingeminat; Quercentem Sylva reclamat,
Sed jam comprime gressus. Hic Corylete latendum,
Ne nos actutum aspiciat, fletuque absistat.
Namque aptam ex ipso fletu captabimus horam
Solandi, post has corylos jaceamus in herba.
Ecce iterum gemit; & dulci flet sylva querela.
Vit. *Non tamen indeploratum te maxime Quercens*
His linquam in sylvis, hac in convalle recedens
Accipe terra meas lacrymas, vos flebile carmen
Testes vos quercus, vos castaneæ hirsutæ.
Hinc mihi non ulli calami, non jam amplius ulla
Phystula, nec dulcis sit avena; silentia sylvæ,
Et montes teneant intonsi: vivite pascua;
Et vos Pastores socii, Dryadesque valete,
Et Satyri, & Panes, & agrestia numina nostro
Carmine culta pecus felix quondam ite capellæ.
Ite greges infelices, non vos ego posthac
Alticomæ quercus, vacua projectus in umbra,
Gramineo insultare solo, cytisumque virentem,
Aut vescam salicum frondem tondere videbo.
Carmina nulla canam, sed semper solus in umbra
Altorum nemorum, inque altis convallibus horrens
Flebo diem, flebo noctem, mecum avia lustra,
Mecum amnes, mecum antra fleant, mecum aspera tesqua,
Et duræ quercus, & coniferæ Cyparissi,
Tristiaque horrentes moveant se ad carmina cautes,
Et questus ululæ jungent, quo maxime Quercens
Pastorum decus, o quo te, quo te sequar? in te
Una omnis mea mersa salus moriente, mea omnis
Spes recidit, lucisque cupido, & gaudia vitæ.
Non me infelicem juvet, o juvet amplius ulmis
Jungere frondosis vites, aut texere sepes.
Non uvas legere amplius incoctas in apricis
Collibus, heu nullo pubescat vinea fœtu
Arescant ulmi: jam fur impune Syrisce
Crudelem in vites falcem molire novellas,

Atque impune caper (nam jam licet) improbe dentes
Admoveas, & pubentes depascere frondes.
Aut potius cælo exitium ruat, & turgentes
Protinus urantur scelerato frigore gemmæ.
Nam quo jam terram vexare ligonibus? aut quo
Amplius & vites serere, & tondere putanda?
Ingratus labor, infelix heu vinea, cui te
Exitia superi, & crudelia fata reservant;
Spes omnis moriente tua in Quercente sepulta est.
Ille operum spectator erat velut ætheris alti,
Ille mihi numen. Sæpe illum in vota vocabam
Præsentem. Sæpe illius mea victima tinxit
Frondentes aras quercu felice: nec unquam
Immemor illius siluit mea physfula laudes.
Testes vos quercus, vos castaneæ hirsutæ.
Ille meis apibus rorem, casiasque, thymumque,
Humoremque satis arentibus, atque capellis
Sufficiens frondem teneram dabat, & bona pratis
Gramina, & arcebat pecori contagia dira;
Et cæli triste excidium, irasque deorum
Avertebat agris, servansque a frigore vites,
Crescentes vites, uvis pendentibus humorem
Occultum infundebat, & udos floribus hortos
Spargebat nulli visus sub nocte silenti,
Et pecori largum præsens fœtum dabat, & lac.
Ah moriens Quercens tecum, o tecum omnia vertis.

Cor. *Myrtile jam prodi, & flendi compesce furorem.*

Myr. *Non, permitte avidum potius satiare dolorem.*
Flendo etenim Corylete dolor mitescit amantum.

Vit. *Hos olim colles ursique, lupique nocentes*
Infames fecere, cubiliaque alta ferarum;
Atque his monstra locis habitarunt, horrida monstra,
Sylvestres Uri spargentes naribus ignem,
Terribiles Uri segetesque, gregemque necantes
Afflatu. Immanes ursique, suesque, leonesque
Horribiles, quibus attoniti diversa per arcta
Pastores fugere, & delituere sub antris.
Interea absenti squalebant arva colono,
Pro segete infelix lolium, pro frugibus asper
Carduus, & duræ surgebant undique sentes;
Lappæque, tribulique, & tristia gramina passim,
Et pro vite nocens taxus. Loca lenta veneno
Omnia squalebant, & sparsa aconita per herbas
Cernere erat miseris passim dominarier agris.
Hic non audiri pastorum carmina, nullus

Hic Corydon resonare doces Amaryllida sylvas
Propter aquæ rivum. Pro carminibus pastorum
Ursorum fremitus diri, atque luporum ululatus.
Pro Corydone ululæ, pro pulchra Amaryllide tristis
Eumenidum rabies, & mæsta in vallibus Echo.
At postquam Quercens cœlo demissus ab alto,
Quercens pastorum numen, Quercens decus arvorum
Has adiit colles, portenta horrenda refutans
Sustulit omnia, & extorres sua ad arva colonos,
Pastoresque omnes revocavit, & otia sylvis
Fecit, & argutis jussit strepere arva cicutis.
Pascite, ut ante, greges pueri, inquit, vertite aratris
Rura. Pyrum serite, atque ulmis adjungite vites;
Intrepidique boves pastos compellite rivis.
Ex illo has sylvas habitavit Mænalius Pan,
Pan ovium decus, atque Pales, Dryadesque puellæ,
Liber, & alma Ceres, & cana Pallas oliva,
Dique, Deæque omnes. Quercenti haud indiga cultus
Tellus sponte sua fruges dabat; & sua poma
Sylvestres rami. distentæ lacte capellæ
Ad mulctram, & niveæ properabant sponte juvencæ.
Vellera oves ultro ponebant. Pampinus uvas
Ad terram aerea sponte incurvatus ab ulmo:
Et duræ quercus sudabant roscida mella.
Quercentem sylvæ, Quercentem pascua amabant;
Quercentem & volucres, magni & Jovis ales amabant,
Quercenti inflexi ponebant dira colubri
Sibila, & ipsi etiam (nec durum est credere) amabant:
Et Quercens fortes fecit mansuesse leones,
Setigerosque sues. Quercenti advectus ab Oeta
Serviit vesper. Quercenti sibila tandem,
Instabilis Boreas posuit stridentia: tandem,
Tandem o tempestas terris bacchata quievit;
Terrisque, & pelago, atque gregi, sylvisque, satisque,
Occidui postquam quassarunt grandia Cauri
Lilia, & irriguos spoliarunt floribus hortos.
Justitia has sylvas cœlo delapsa colebat.
Hinc procul exulerat Erebo damnata profundo
Tristis avarities, & amor sceleratus habendi,
Et timor, humani & rabies sitibunda cruoris.
Nullæ hic insidiæ, nullæ fraudesve, dolive.
Læta aderat libertas, & sua quisque serebat
Securus rura, atque greges pascebat in altis
Montibus, atque hædos viridi saturabat hibisco.
Hic exaudiri pastorum carmina læta

Undique per sylvas, perque umbriferas convalles,
Et lætis arguta sonare æstaria lucis;
Dum Corydon flavas cum pulchra Amaryllide aristas
Torrenti sub sole metit, dum Tityrus uvas
Colligit (ah demens Corydon) cum Phyllide dura.
Carminibus resonans argutis omnia, rident
Omnia, & aeren cantat frondator ab ulmo.
Quercenti lactis pastores mittere florem,
Et primos ovium fœtus, selectaque poma
Arboribus, primamque uvam, & flaventis aristæ
Primitias, primasque rosas, prima arbuta sylvæ.
Præterea si capreolos venator Amicles,
Aut leporem, aut cervum cepisset valle sub alta,
Ultro servabat Quercenti munus, & ultra
Lucaris inventas ulmo in frondente palumbes
Pastores festa per compita luce coibant
(Arbiter ipse aderat Quercens) rursusque colendi
Una omnes inter sese de rebus agebant,
Triptolemi præcepta exponentes sub opacis
Antiquæ ramis quercus. Oracula quercus
Ipsa dabat, leges, Cererisque arcana recludens:
Et Deus illabens animis se agebat ab alto,
Ille Deus, cui gramineas libabat ad aras
Intactam cererem Quercens, intactaque Bacchi
Munera thuricremis adolens altaria flammis.
Namque Deum cultor Quercens suspendere templis
Primitias frugum instituit, festisque diebus
Abstinuisse operis vetitis, & parcere glebæ.
Ille dies docuit, duros miseratus agrestes,
Felices operum simul, infaustosque, cavendosque,
Et dubiæ tempestates prædiscere cœli,
Ventosque, pluviasque, & hiulci fulminis ignes.
Ipse vetustate elabens campestre sacellum,
Pastores quo se festa olim luce solebant
Cogere, Quercens dives apum instaurare jubebat:
Et jam jam aerias surgebant culmina ad auras
Quin etiam Quercens haud passus sordida rura,
Atque humiles habitare casas sub culmine texto
Viminibus tuguri, famosa mapalia pulchris
Mutabat domibus, urbesque æquabat, & arces,
Et templa, atque domos. Luge labor interrupte,
Flete inceptæ arces, & mecum intendite luctum
Irrita fundamenta. Cadens secum omnia vertit.
Myr. *Nulla dies tantum, metuo, Corylete dolorem*
Auferet. Insedit tota sub pectore vulnus,

Nil

Nil herbæ valeant, & non innoxia Ladæ
Verba, licet duras deducat montibus ornos.
Cor. *Quid quoque cum matris tandem (oh miser!) audiet Oscæ*
Funera? Nuper enim Filiseus retulit Oscam
Extinctam; non dum, heu! illius venit ad aures.
Vit. *Faverat, heu! Quercens felix in montibus istis*
Læta armenta novem (decimus iam cæperat) annos,
Dives agri, dives pecorisque, & lactis abundans.
Non tamen absque labore, suis dum rejicit agris
Nocturnas furum insidias, noctesque, diesque
Invigilans operi, filicem dum vellit iniquam,
Atque hirtas vepres, & agris serpentia passim
Exuperans igni penitus malo gramina tollit;
Quæque satis mistæ officiunt, & frugibus herbæ:
Dumque altam dura prætexit robore sepem
Neve lupi noceant pecori, neu vitibus hirci,
Neve sata mentes depascant culta capellæ:
Dum quoque frondosa suspendit ab arbore vana
Terricula, exuvias vacuas, & retia longe
Formidata avibus pavidis fictasque pharetras,
Atque arcus semper meditantes vulnera frustra.
Heu opera irrita, heu vani, & sine fruge labores!
Jamque omnis securus ager, jam pascua tuta,
Securique greges, tuti & sub matribus agni.
Tamque aberant fures. Quercenti obnoxius ultro
Semper nocte vigil servabat ovilia serpens,
Jussa fereus serpens Quercentis, cui dabat ipse
Victumque, innocuoque ferebat pabula dextra,
Lambebatque manum serpens, spirisque ligabat
Tortilibus sæpe alludens, sæpe & dabat ultro
Ter sese collo implicitans innoxius alto,
Ora, genasque ambas lambens: mox lubricus impune
Errabatque sinu, somnosque trahebat inertes.
Et jam tristis hyems stygio conjecto Barathro,
Liquerat hos colles: jam e Cælo florigerum ver
Formosum terris caput ostendebat apertis.
Jam lætæ sylvæ, jamque omnis germinat arbos.
Parturit omnis ager, fœtu tenero omne gravescit
Et nemus, atque hortus. Passim pecora omnia dulcem
Solvunt se in Venerem, nunc & pulcherrimus annus
Undique dulce sonant avibus virgulta canoris:
Pandunt arva sinus, zephyrique tepentibus auris
Aera demulcent liquidum: rerumque sator sol
Lætus alit fœtum in gremio telluris amatæ.
Jam flores populantur apes, jam flumina libant

Sum

Summa leves, densaque volant examina nube
Per sudum, priscasque domos, & tecta relinquunt.
Cortice Pastores cantant arguta cavato
Carmina, & agricolæ segetem dum surgere lætam
Conspiciunt, messis spem concepere propinquæ.
Heu nimium vanas spes! Dum læta omnia constant,
Ecce furens Erebo, ferreique e faucibus orci
Erumpit turbo, atque in nubem cogitur aer.
Tum grando stragem pecori, stragem omnibus agris,
Stragem ipsis etiam Pastoribus, atque armentis
Intentans cœlo ruit Orionis iniqua
Sidere sub: populat vites, sata, pascua, sylvas:
Armenta sternit: magnum pastoribus horrorem
Incutit: in campis alta sub strage jacet ver;
Atque evulsa apum volitant cava tecta per auras
Ceras, & heu longos aufert brevis hora labores.
Evulsæ sepes: cecidere ex arbore vana
Terricula, ingentem stabula alta dedere ruinam.
Vix serpens casu, Quercentis cura, sub illo
Heu tutus fuit, & se arctos contraxit in orbes.
Ah nimium infelix serpens, Quercente amisso!
Quis dabit innocuo posthac tibi pabula dextra?
Quis posthac te molle sinuque, focoque fovebit!
Quis te vere novo redeunte tuebitur? Ah ne
Candida avis noceat longis infesta colubris.
Ah moriens Quercens tecum a tecum omnia vertis.

Myr. *Hic Corylete draco latuit per frigora brumæ:*
Exuvias dehinc mutans, & bona gramina pastus,
Vere novus tandem rediit, quo cuncta reverso
Lætantur, sylvæ, atque greges, & pascua, & amnes.
Ille etenim afflatu vitium fugat aeris atrum,
Et pecori aspectu pellit contagia dira.

Vit. *Extulerat Quercus cœlo caput: aurea Quercus*
Collibus his nuper sylvarum gloria Quercus,
Cui truncum complexa vetustum palmite lento
Vitis egens alienæ opis, & non stirpe suo stans,
Perque altos ramos, perque alta cacumina serpens
Hæserat, & florem ostendebat pampinus uvæ:
Et jam se se lætus agebat palmes ad auras
Per liquidum longe laxis immissus habenis,
Et jam jam læto lucebant palmite gemmæ,
Turgentes gemmæ, spes ah! spes vana laboris.
Pastores floremque, & mollia suspendebant
Serta, rosasque sacro dicentes carmina trunco;
Ponebantque aras, mollique in cespite circum

Ver-

Verbenas pingues adolebant, & bene olens thus.
Ecce autem gelida Boreas erumpit ab Arcto
Ore fremens, Boreasque, & agentes frigora Cauri,
Una animosi Euri conati evellere duris
Luctantem fatis Quercum ab radicibus unis,
Et totum involvunt flabris nemus, incita clamant
Et nemora, & cœlum tangentes vertice montes.
Bis Quercum alticomam validi invasere; bis illa
Restitit, & nunc hac, rursum hac impulsa, labansque,
Evasit rabiem ventorumque, & Jovis iras
Placati. Illa etenim quantum se vertice ad auras
Tollebat, tantum radice in tartara tendens
Exierat. Jam pax erat altis reddita sylvis:
Jam venti posuere; quierunt flabra. Sed ecce
Acta Erebo tempestas nigro turbine sylvis
Ingruit, atque omnem ramis decussit honorem:
Mellaque decussit foliis labentibus (ah sors
Dira Deum) atque ipsum truncum ab radice supinans
Eruit: immani est tellus perculsa ruina.
Una eodem casu prostrata est frondea vitis
(Ah dolor) & teneras læsit sub pondere gemmas
Et gravidas uvis (visu lacrymabile) frondes.
Ah moriens Querceas quercum, & secum omnia vertit.
Myr. *Fors Corylete tamen non funditus occidit omnis*
Spes Quercus: trunca extincta mox surget & alter,
Inde alter, stirpemque in sæcula longa propagent.
Vidi ego quo immani tellus perculsa ruina
Horret adhuc, Quercus projectæ vimine lento
Pullulat ab radice, altas jamque exit in auras
Virga recens, multaque assurgens glande gravescit.
Cor. *Credo equidem. Nam quæ mox corruit eruta Quercus,*
Ipsa etiam arenti trunco sese extulit olim,
Maternæque fuit truncus non degener umbræ.
Vit. *Nuper enim veniens pastor Melgursus ab arcto*
Ryphæos illi Grypes, & munera Rheni
Attulerat: quem dum Quercens per pascua læta,
Perque sata innixus baculo, per amœna vireta
Ducit opesque suas monstrat, pecudesque nitentes,
Ruricolasque boves, & quas prope flumina vaccas
Armentarius in sylva pascebat opaca,
Surgentemque casam, & formosæ culmina villæ:
Dumque etiam capreas tecum Melgurse fugaces
Insequitur venatu incumbens, atque feath.
Se rapit (ah nimium) properans per devia passu,
Decubuit fessus nudæ telluris in udo

Cespite · & heu fungus labefacta per ossa malignum
Intravit · mox illum humeris sub tecta tulere
Pastores flentes ægrum. Nil carmina Mopsi
Profuerunt, medicæ nihil artes, irrita vota
Pastorum, atque preces cælo actæ, atque agricolis diis:
Nam moritur Quercens. Morienti mentibus ægri
Pastores aderant circum vallante corona.
Ipse dabat moriens ruris præcepta serendis
Curandi armenti, & pecoris, vitisque putandæ.
Sic arcete lupos ab ovibus, sic mala campis
Vellite gramina, sic pecudes servate intactas
Immunda scabie, sic prata inducite rivis,
Sic struite atque casas, sic fundamenta sacelli
Campestris (mihi non licuit finire) locate
Ne precor o longum jaceant opera interrupta.
Hoc unum in primis, ne terga sequentibus ultro,
Vos moneo, præbete lupis. Quercente locuto
Ibant in lacrymas Pastores: omnia plena,
Omnia erant lacrymis, & largo undantia fletu.
Ah moritur Quercens, vertit secum omnia Quercens.
Omnia jam videas passim Quercente sepulto
In pejus ruere, atque retro sublapsa referri.
Barbarus hæc pecora, hæc tam culta novalia habebit
Has segetes, hæc armenta, atque virentia prata
Barbarus, atque erit, heu! nostri possessor agelli.
Nec cessamus agros serereque, & ponere vites?
Ah potius pereant ante diem Quercente perempta.
Jam videas vitio fuentes aeris agros,
Et nudis sylvas actutum arescere ramis.
Arescet seges, arescent uredine prata,
Sylvescent campi, squalebunt flumina sicca,
Flumina, quæ nunc plena fluunt exercita cursu.
Excitum procul actum Erebo, stygiisque cavernis
Ingruet armentis, cadet a cadet immemor herbæ
Bucula, corruptosque lacus, infectaque tabo
Pabula vitabit, fugietque impasta per agros
Huc illuc pedibus linquens cava signa bisulcis ·
Ec vituli infectis teneri morientur in herbis;
Atque animas dulces ætra ad præsepia linquent,
Nulli ovibus fœtus, nullum amplius heu! gregibus lac,
Nullum apibus mel: namque legent in flore venenum.
Ah moriens Quercens tecum a tecum omnia vertis.
Myt. *Haud alias credo tam longa flesse querela*
Pastores ullos Vult Mopsum, atque Menalcam,
Crudeli extinctum, cum flerent funere Daphnin.

Cor.

Cor. *Deflebant illi certantes Myrtile sylvæ*
In vacua. Sed nunc Vitiscus quæ dolor ingens
Sufficit, atque recens, verba integret interrupta,
Arboribus ratus audiri sua carmina solis.
Vit. *Ut sine gramine campi, ut sine floribus horti,*
Ut sine frondibus urbos, ut sine culmine villæ,
Ut sine flumina lymphis, ut sine sidere noctes,
Ut tauro sublato armenta, gregesque sine hirco
Caprarum, pecudesque sine ariete: sic amissa
Pastores Quercente, sonant lugubre per agros
Carmina, languescunt fata, sunt sine honore salicta;
Demisere comas sylvæ, pecus abstinet herbis
Tris armenta dies fugerunt pabula læta.
Non crevit seges in campis, non vimina sylvis
Substitit unda, suos tenuerunt sidera cursus.
Sponte sua nullum quadrupes ore attigit amnem
Nullum & apes legit florem. Rura omnia flerunt.
Et montes alti, flerunt Tarpejæ arces
Audiit & longe Triviæ lacus, audiit & Nar
Sunt tamen ante moli tanti nobis data signa.
Nec mens læva fuit. Caput aureus occuluit sol
Nube cava, septemque dies, septem æthera noctes
Vidimus in liquidos totum dissolvier imbres
Imber erant Divum lacrymæ, qui fata propinqua
Quercentis flebant. & erant lacrymæ ætheris imbres
Nec multo ante ignis cecidit crudelis ab alto
Æthere, &, heu! diri lugubre arsere cometæ.
Quin etiam dum pastores solemnia læti
Baccho sacra ferunt, pagosque, & compita circum
Errantes ludunt, & misti carmina dicunt,
Carmina, quæ languens Quercens non audiat ipse,
Tectaque corticibus abscondunt ora cavatis,
Atque oscilla alta suspendunt mollia quercu,
Et mæstus conum excussit caput Appenninus,
Et costella humeris tremuere hærentia duris.
Quæ post signa obiit, nec longa fuit mora, Quercens.
Spargite Najades tumulo bene olentis anethi
Floremque, & mentæ circum sylvestris acervum
Accumulate, rosasque, & odoriferum serpillum.
Intactum florem legite in felicibus hortis,
Pallentem violam, & ferrugineum Hyacinthum,
Narcissi lacrymam, & candentia lilia plenis
In calathis: mandat sterni sibi lilia Quercens.
Et tumulo lacrymas oculis turgentibus addite;
Et tumulo fontes densis inducite lauris,

Et matutinum auroræ diffundite rorem :
Atque iterum, atque iterum mæstum subjungite carmen.
Ah moriens Querceas tecum o tecum omnia vertis.
Myr *Deficiet prius Eridanus, arentibus undis,*
Aut Corglete tuus prius o fine Lapius undis
Arescet, quam deficiat plorabile carmen,
Aut lacrymæ, aut gemitus Vitisco Semper in ipsa
Insurgit major fletus, viresque resumit :
Atque novam intexit semper per verba querelam.
Ah demens Vitisce quid o' fine floribus horti,
Ut fine frondibus arbos, ut fine sidere noctes?
Cor. *Ille quidem flet adhuc, sed jam puto desinet : & jam*
Stat flendo, fascemque humero, dum subgemit, aptat.
Vit. *Terra tibi violæ fint o, fit perpetuum ver,*
Quæ cineres magni servas pastoris, & ossa ;
Et Zephyri molle spirent tibi semper amomum.
Jamque vale vale o Quercens : hæc rura valento.
Pauperis in patria tugurj fumosa revisam
Culmina, & inculti squalentia jugera agelli.
In quascunque iero terras dolor iste sequetur,
Et dolor, & desiderium, curæque sequaces.
Ante ferent coryli gravibus pyra longa volemis,
Cerea pruna alnus, pingues quoque populus uvas,
Quam grave de nostro lentescat pectore vulnus.
Ergo sive legam milium, vilemve fasellum,
Vimina seu lenta patriæ prope flumina Rusci
Succidam, virides qua pingit arundine ripas
Serius, aut qua se fert Abdua turbidus auro,
Aut magnus Padus, aut multum utilis Ollius agris,
Ingratos inter suspiria dura labores
Sæpe traham, & falcem lacrymis, & gramina spargam.
Vos patrii mecum vos suspirabitis amnes ;
Vos mecum salices latebra olim accommoda Nymphis,
Flebitis, & virides toto cum flumine ripæ.
Sive autem dum tristis hyems nive pascua vestit,
Intra clausa pecus colubens familia, texam
Fiscellas raras, aut vimineos calathiscos,
Frondentem semper Quercum per vimina fingam.
Pallorem truncus surgens imitabitur auri,
Fulgorem glandes auri, electrique nitorem ;
Et frondes teneræ viridi fingentur hibisco.
Semiputata etiam molli mihi fronden junco
Per ramos serpet, perque alta cacumina vitis ;
Vitis egens alienæ opis, & non stirpe suo stans ;
Et sparget raros circum labrusca racemos.


Hiat

Hinc vigil amplexus truncum draco sibila ad auras
Tollet, & hac illac linguis feret ora trisulcis.
Præterea Eridani in ripis viridantibus alti
Nulla erit eduro quæ non in cortice signet
Populus, ah! mæstum, & semper plorabile carmen.
Ah moriens Quercens tecum o tecum omnia vertis.
Myr. *En, Carylete, recedit. Age properemus, & ipsum*
Saltem hac (jam declinavit sol) nocte moremur.
Cot. *Myrtile tu prior: ipse legam quam abjecit avenam,*
Mox sequar. Audisti? ingratam dum iratus avenam
Abjiceret, longum servavit fistula vocem:
Quercentemque cadens, Quercentem lapsa sonabat.
(Ah moriens Quercens) vocalis retulit. At mox
Heu! magis atque magis (tecum o tecum omnia) languens
Nec potuit, fugiente anima, subjungere (vertis).
Ipsæ etiam sylvæ ad suspiria suspirabant.
Myr. *Oh o Vulsce, ah demens, quo te rapis? Ecquæ*
Meta erit his lacrymis? Ecquid mercedis ab illa,
Quem tantum infelix luges, Quercente tulisti?
Cum caneres sylvas, cum te canente capellæ,
Ipsaque læta forent armenta, & pascua, & amnes,
Pastoresque ipsi, unquam tibi reddidit ille
Quod tua carminibus meruisset fistula munus,
Aut agnum, aut teneris luctantem cornibus hædum.
Vit. *Illum illum (ah semper me observas improbe: post hæc*
Dum flerem, & nunquam sensi, Corylete, jacebas)
Illum illum tantum, non, Myrtile, munera amabam.
Ille mihi haud hædo, aut omni carior agno.
Hædus, & agnus erat Quercens, mihi & omnia Quercens:
Quo vivente lupi nunquam timuere capellæ
Insidias, æstum nunquam seta, frigore vites.
Myr. *Fors tamen (audivi, & quædam mihi retulit Ucron)*
Collibus his pastor succedet non minor illo.
Interea (nam nox instat, seque occuluit sol
Post montes altos, nec tutum est tendere sylvas
Has per, nocte. Lupi, atque Ursi Quercente extincto
Auditi exululant fera sub nocte rudentes)
Ad puteum veterem (non multum distat) eamus;
Sunt ubi pastoris famulia longa Leontii.
Ipse etiam multum (nuper referebat Aulices)
Quercentis consanguinei se in funere vexat.
Hac illi non parva erimus solatia nocte.
Et (tibi ni penitus fixum est hos linquere colles)
Illius semper poteris per pascua lætus
Pascere, ut ante, gregem, & meditari carmen avena.

Alter erit Querceus semper tibi, dives & ipse
Atque agri, atque gregis, multum quoque lactis abundans.
Ecce autem (ah mœstus) ille obvius exit, eamus.
Huc huc o Corylete. Tenet Vitiscus avenam.

FINIS.





Nobilissimo ac Praestantissimo Viro Comiti Alexandro Schinchinellio ex Nobb Decur et Judicibus Coll Cremon marmoreum Simulacrum Civis sui in Museo Capitolino servatum aere insculptum F Thomas Aug Vatrani Ord Praed. D.D.D Romae an MDCCLXXII

Roma parem Phaedro dudum mirata Faernum
Marmoream hanc illi posuit effigiem

à Rome ce 16. Janvier 1773.

DAns le païs des lettres, & des beaux arts on ne peut Monsieur introduire aujourd' hui la moindre chose, sans la munir de son passeport. Le buste de Faerno, que je fis dessiner, & graver pour mettre au jour un monument, qui honore nôtre patrie, travaillé par Bonarroti, & placé dans le Capitole, n'avoit pas besoin, à ce qu'il me sembla d'abord, de certe precaution. Cependant le croyeriez vous? Bien des scrupuleux, qui ont, disent-ils, un amour extrême pour la verité, ne sont pas tombés d'accord ni sur l'auteur de cet ouvrage, ni sur le sujet qu'il represente. C' est Monsieur pour ne pas laisser en proye de la raillerie le petit present, que vous avez bien voulu agréer, que je vais en faire l' apologie en tres peu de mots. l' ose assurer d' obtenir d'abord l'aveu de ces Messieurs & ce qui est encore plus, de mettre le buste de Faerno sous leurs auspices.

Ce ne seroit pas trop pretendre d' y réussir en allegant seulement ce qui a été publié a Florence par le dernier editeur de Vasari il l'a rangé sans balancer parmi les ouvrages de Bonarroti, Tom. vi. pag. 386. *Opere di Scultura num. 13. In Campidoglio è il ritratto in marmo di Gabriello Faerno celebre Poeta latino con un poco di busto nudo d' un eccellenza tale, che quantunque sia situato in mezzo a un gran numero di teste greche bellissime, non isscomparisce punto*. Mais je ne m'arrère pas la mon dessein étant d'éloigner tout soupçon,

I. On dit que Bonarroti n' a point fait d'autres portraits que celui de Thomas Cavalieri. Voyez Vies de plus célébres Architectes, à Rome 1768. pag. 243. II. Le buste en question ressemble plutôt au portrait d'un Philosophe, à qui l'on a joint le piedestal avec le nom de Faerno, & cela, dit on, est fort vraisemblable, eu égard à la physionomie, qui est d' un homme bien plus âgé, que n' étoit Faerno. III. Faerno étant au service de S. Charles Borromée ne portoit point de barbe; ce Cardinal l' ayant défendu à tous ses courtisans.

Mais quelle raison apporte l'auteur des Vies des Architectes pour nous prouver, que Michel Ange n' a pas fait d'autres portraits? C' est, dit il, que ce célébre sculpteur ne trouvoit dans aucune personne de parfaites proportions. Si cela est, pourquoi donc a-t-il fait celui de Thomas Cavalieri? Est-ce en lui seul, qu' il trouva les perfections, qu' il souhaitoit? Qu' il ait fait fort peu de portraits, j' en conviens. mais j'avoue, que je ne saurois suivre aveuglement un écrivain de nos jours, qui veut, qu' on lui en croye sur sa parole.

La seconde remarque ne vaut pas mieux que la premiere. Tous les connoisseurs en matiére de sculpture y reconoissent Bonarroti. Le marbre est tout d'une seule piéce, & la forme des lettres gravées sur le piedestal est de ce tems là. Les traits du visage sont graves & majestueux: ils répondent à l'excellence du sculpteur, sans qu'il ait perdu de vûë son original. La Chronologie ne souffre aucune contradiction, parceque Michel Ange a survecu à Faerno. Quant à son âge, il vecut au moins cinquante ans. S'il reste quelque scrupule à l'égard de la grande barbe, on n'a qu'à voir les portraits des hommes illustres contemporains de Faerno, qui tous la portoient. Les barbes de Sadoleto, Fracastoro, Tartaglia, Tiraquello, Varchi, Musso étoient elles moins terribles, que celle de Faerno?

La troisiéme objection ne vous paroitra t elle pas un etrange paradoxe? Pour toute reponse je renvoye simplement à l'histoire litteraire de ce siecle, & à ce qui se passoit alors à la cour de Pie IV. En effet on trouvera Faerno à la suite de la cour du Pape, dans le même tems qu'on prétend le placer si mal a propos aupres de S. Charles Borromée. Ce digne Prelat vint à Rome en 1560, & y fut revetu de la pourpre, etant encore fort jeune, ainsi que tout le monde sait & Faerno, que ce même cardinal cherissoit beaucoup, mourut peu de tems aprés, je veux dire en 1561. Cela suffit pour faire apparcevoir au premier coup d'oeil la futilité d'une critique, qui ne merite pas la peine d'y faire la moindre attention.

Cette dispute litteraire m'a fait decouvrir quelques anecdotes, qui m'ont engagé à ecrire la vie de Faerno ce que je ferai tout au plustôt. Quant au buste que j'ai publié de ce grand homme, il me paroit, que cet ouvrage de sculpture ne sauroit étre, que de l'année 1560, ou environ. Ce fut alors que Faerno se rendit celebre autant par son savoir, que par l'excellence de son coeur aussi s'attira t il les eloges des savans de son siecle, qui tous furent ravis de voir un philosophe de ce caractere à la cour d'un souverain.

Je vous ai écrit cette lettre en françois, comme c'est ma coûtume, quoique elle doive paroitre en public. Je serai toujours content, si vous y trouverez des raisons solides, & convainquantes. Je suis avec la plus parfaite considération.

Monsieur.

Vôtre trés humble, & trés-obéissant serviteur
F. Thomas Augustin Vairani Dominicain.



JULIO CÆSARI BONETTO

PATRITIO CREMONENSI

FR. TH. AUGUSTINUS VAIRANI ORD. PRÆDICATOR. F.



Armoream Gabrielis Faerni civis nostri effigiem, quæ in Museo Capitolino servatur, æneæ insculptam tabellæ jampridem ad Comitem Alexandrum Schinchinellium misi, ut non minus nobilitate, quam præstantia clarissimi viri, singulare eidem accederet ornamentum. Quum vero quorundam delicatulorum oculos me offendisse animadverterem, quibus Faerni nomine videbatur conficta philosophi alicujus imago liberiori sculptoris ingenio ea gravitate donata, epistolam adjunxi, qua argumentum sane festivum gallico, quod alit æque ac latinum in deliciis est, idiomate pertractavi, effecique, ut omnis tolleretur de ea re dubitatio. De Faerno iterum scribere aggredior, ut non solum oris, sed etiam ingenii, & consuetudinis, ac vitæ illius imaginem exprimam, quam audio a multis, usque literatis viris, a nostris vero præsertim, desiderari. Licet enim Scriptores plerique omnes ejus ævi hominem doctissimum laudarint, nullus tamen usque ad hanc diem omnia perquisivit, quæ ad illum pertinent, aut collecta ita disposuit, ut uno veluti aspectu perspici ille possit, planeque cognosci.

Epi-

Epistolam hac de re ad te mitto, Juli Cæsar Bonette ornatissime, ut hoc munusculo perspectam habeas aliquando observantiam erga te meam, & voluntatem, qua si quid possem majus, te colendi gratia, id sane libentissime facerem. Sed hoc ipsum tibi pergratum futurum spero, quod patriæ monumentis summopere delecteris, multos in hac re vincens, concedens nemini. Ego vero non de illis solum loquor, quorum omnis ratio sita in eruditione est, atque in laudatione virorum, qui floruerunt dignitate, honoribus, literis. Majora etiam sunt, quibus evolvendis, & investigandis incumbis, quibusque ad bonum reipublicæ pro munere uteris vel tuendum, vel amplificandum, in idque omnes curas tuas, cogitationesque confers. Quum autem eximiam cæteris studiis conjunctam habeas jurisprudentiæ scientiam, id sane efficis facilius, & præstantius, ut cum in aliis, tum præcipue in interioribus consiliis patriam ipsam mirifice juves, & ornes, quo quid in civili vita optabilius, quid cive dignius, quidve jucundius esse possit, sane non video. Hæc sunt, quæ Commentariolum hunc de Faerno, deque ejus studiorum, vitæque ratione tibi commendant. Accedit ad hæc, pulcherrimam, quam doctissimi viri cernes imaginem neque a me scribendo delineari, neque ulla ratione perfici. Scribam enim non mea, nec ea quæ arte quadam, & eloquentia a me amplificata videantur; sed gravissimorum scriptorum testimoniis continenter utar, ea singulis locis aptando, ut veluti aliena manu totum opus plane videar confecisse.

De genere Faernorum nihil a nostris aut scripto, aut ore proditum memoriæ est (*). Egregia indole Gabriel præditus, & liberaliter educatus, illa certe nobilitate, iisque divitiis claruit, quibus ornati qui sunt, a cæteris hominibus secernuntur, & veluti quodam in fastigio collocati immortalem consequuntur famam & gloriam, dum celeriter tamquam flosculi ii decidunt, quos non alia quam inanis apud vulgus ostentatio, aut fluxarum rerum copia, aut vacui honoris amplitudo commendat. Atque illud quoque me latet, quid Faernus ad octavum circiter lustrum memoria dignum egerit. Sed id mihi satis explorate cognitum est, Faernum, quum ea esset ætate Ro-

(*) Mercaturæ addictam familiam Faernorum referunt regesta Archivi Cremonensis. Extat in templo S. Augustini sepulcrum Himerii Faerni, qui vivebat anno 1579., cum hac epigraphe I. D. HIMERII FAERNI ET SUÆ UXORIS. Hinc conjici potest in Himerio, nostri poetæ Gabrielis nepote, desiisse Faernorum genus.

Romam se contulisse hortatu, & opera eorum, quos Cremonæ & Mediolani patronos habuit opibus, & dignitate præstantes. Id vero contigisse an. 1549. Paulus Jovius scriptum reliquit in Epistola ad Hieronymum Angleriam Novocomi data die 16. Oct. 1549. his verbis. *Dite al Faerno che il suo Sig. Hermes* (Stampa, vel Vicecomes) *mi ha affermato averlo ajutato del viatico d'andare a Roma, e trattenersi per un pezzo*. Sed majora Faerno officia præstiterunt Cardinales Franciscus Sfondratus Cremonæ Episcopus, & Marcellus Cervinus (an. 1555. eodem nomine II. paucis diebus P. M.) ut scilicet literati viri commodis, dignitatique consulerent. Ob eam rem Marcus Antonius Flaminius lib. 6. carmine 33. edit. Veronen. an. 1740. maximas Cardinalibus illis gratias agit.

Quod Faernum hominem bonum atque doctum
Amo non secus atque memetipsum,
Ejus gaudeo commodis perinde
Ac meis propriis. quod ergo per vos
Summo a Principe consecutus ille est
Quidquid ad bene commodeque agendam
Vitam optabat, id hercule obligavit
Me vobis ita, candidi Patroni,
Ut devinctior esse nemo possit.
At vos qua pietate jam tueri
Cœpistis lepidum meum sodalem,
Eadem pietate firma ut hæc sint,
Et perennia dona, providete.

Cum vero Flaminius, & Franciscus Card. Sfondratus an. 1550. obierint, constat illa ad vitam commode agendam subsidia Faernum habuisse saltem anno quem dixi 1549. fortasse simul atque Romam venit. Quænam illa fuerint, quærere curiosus cœpi in Bibliotheca Vaticana: cumque oblatus esset liber, in quo sumptus quidam ejusdem Bibliothecæ scripti sunt ab anno 1555. usque ad hanc diem, oculis hæc fors objecit ipso fere libri initio:

Conto di denari pagati di commissione ed ordine del Cardinal de' Nobili Bibliotecario da Federico Ranaldi.

A M. Gabriel Faerno per la sua provisione di Maggio 1555. fino a tutto Decem. 1557. a sc. 5. baj. 50. il mese. *sc.* 176.

Sed restabat inquirendum diligentius, quod divinare non poteram, cujus nempe muneris causa Faerno, homini, ut constat, laico, illa constituta esset pecunia. Id vero sum plane consecutus opera ornatissimi Cajetani Marini, qui in Archivis Vaticano, & Arcis S. Angeli pro viro cl. Marino Zampino Præfecti munus gerit, & in ipso ætatis flore ingenio, eruditione, & omnis antiquitatis studio præstans, morum suavitatem, comitatemque adjunctam habet singularem. Is igitur mei gratia regesta ejus temporis evolvit, meque certiorem fecit in *Regest. Bullarum Pii IV. to. 72. pag. 306.* & in *divers. Cameral. to. 203. pag. 279.* hæc reperiri, scilicet Jo: Baptistam Manfredi clericum Cremonensem, medicum ac familiarem Pii IV. an. 1561. die 28. Novembris Correctorem, ac Revisorem librorum Bibliothecæ Vaticanæ constitutum fuisse, quum Faernus morte decedens vacuum hoc munus reliquisset. Igitur hæc de Faerno diligenter investigando certissime novimus: hocque illud esse puto, quod Flaminius commemorat beneficium, eidem sine dubio a Paulo III. collatum. Præterea alterum offendimus civem nostrum Manfredium, qui tamen, quum clarus esse potuisset in aula optimi, & liberalissimi Pontificis, turpibus vitiis gloriam etiam patriæ maculavit, quorum ut pœnam lueret in vincula conjectus est die 24. Jan. an. 1565, quo die Onuphrius Panvinius prædicto Correct. & Revis. muneri præfectus fuit decem ducatorum, ut vocant, aureorum Cameræ Apostolicæ stipendio in singulos menses illi decreto. *To. 3. pag. 53. Signat. Pii IV. arm. 52.*

Doctrina, & præclaro vitæ instituto quum Romæ explendesceret Faernus illustres nactus est literarum fautores, liberalesque patronos, & in primis Cardinalem Mediceum (an. 1559. Maximum Pii IV. nomine Pontificem) qui ut scribit Silvius Antonianus ad Cardinalem Carolum Borromæum, " humanitate & benevolentia hominem complexus, in fidem, & clientelam suam recepit sic, ut ei Faernus ob doctrinam, & spectatos mores mirmus, & carissimus semper fuerit". Igitur nihil illi optandum amplius erat, ut ad vitam commode degendam, sic ad excolenda studia, quibus attulit ab ipsa natura comparatum ingenium. Latinis literis maxime excelluit, omnemque expurgandis aureæ ætatis scriptis operam dedit. De hoc præclaro Faerni instituto hæc habet Silvius Antonianus eodem loco. " Itaque

quum

quum illo Patrono frui & literato otio frueretur .... ad emendandos clarissimos latinæ linguæ auctores nimia vetustate, & librariorum negligentia multis maculis inquinatos se totum convertit. atque in hoc scribendi genere ingenium suum magna cum laude exercuit".

Acerrimum hoc Faerni, & admirabile ingenium eruditi omnes ætatis illius laudarunt, quorum testimonia hoc loco proferam, ea, ut ante dixi, ratione, non quasi res a me agatur, sed quasi narretur. Jacobus Augustus Thuanus (*de Thou*, quod castrum est in Alnisio, *Aunis*, Galliar. Provincia) historiarum lib.28. num. 31. magnopere commendat Faerni in latinis scriptoribus castigandis solertiam, qua excelluit, virumque appellat *literaturæ, & puritatis antiquæ*, ut habent Drovartianæ editiones. Franciscus Franchinus Consentinus Martem secutus, deinde Populoniæ in Etruria Episcopus, qui Poeta ornatissimus fuit, carmen ad Faernum dedit, quod extat lib. 4. pag. 197. Basileen. edit. Hannibal Crucejus elegiam nomine Caroli Vicecomitis ad eumdem scripsit dono mittens numisma insculptam ipsius Vicecomitis referens effigiem. Lævinus Torrentius Episc. Antuerpien. lib. 2. Odarum ad amicos Faernum commendat hoc titulo, *quod vetustis auctoribus corrigendis nobilis esset* hique sunt postremi versus

. . . .

Solers nitori reddere pristino
  Libros vetustos nobilium virûm
  Quicumque præluxere nobis
  Ingenio & locuplete lingua.
Ut morte pressum si referant caput
  Reddantque dignam vindice gratiam,
  Majore te censeri honore
  Arbitrio patiantur æquo.
Tu namque & illis concilias decus:
  Quæque ipse scribis non placeant minus,
  Faerne musarum sub antris
  Docte modos sociare chordis.

Illustres dignitate & literis viros satis habeam nominare Gulielmum Sirletum, Hosium Varmiensem, Othonem Truchses, & Carolum Borromæum S. R. E. Cardinales, Marcum Antonium Muretum,

Paulum Manutium, Petrum Victorium, Julium Pogianum, Octavium Pantagatum, Franciscum Davanzathium, ut omittam ceteros, qui magni æstimarunt Faerni operam in re literaria amplificanda. Itaque eximia ille Romæ florebat laude doctrinæ.

Acceptissimus vero etiam fuit, & omnibus carissimus propter nativum quemdam leporem, suavitatem, bonitatemque singularem. Qua de re Vincentius Luchinus typographus Romanus ad Card. Borromæum, cui Orationes Ciceronis a Faerno emendatas dicabat: " Gabriel Faernus, inquit, vir summa vitæ innocentia præditus, ut tu Cardinalis amplissime optime nosti, cum omni liberali doctrina præstitit, tum præcipue in corrigendis antiquorum libris omnium doctorum consensu singularem laudem tulit ". Addo Hieronymum Ghilinium, qui in suo virorum literatorum theatro veluti omnium nomine scripsit; " Tra gli uomini letterati, che sono usciti dalla città di Cremona, chiarissimo si fa vedere Gabriello Faerno suo cittadino, huomo riguardevole così per eccellenza delle lettere greche, e latine, come per la somma innocenza di vita, e candidezza di costumi ".

Talis tamque clarus vir in aula Pontificis nunc a nobis est conspiciendus. Cardinalis enim Medices, qui Petri Cathedram Pii IV. nomine conscendit an. 1559. Faernum sibi continuo familiarem voluit. Hoc loco afferam quæ Latinus Latinius scripsit ad Andream Masium die 4. Martii 1560. " Sed iterum longius abripior .... Faernus tamen revocat, quasique contemptum se queritur; ut est homo nunc in omnium deliciis, Pontificique in primis, ut antehac semper, carus. Nunc hominem videre & audire est operæ pretium. Quamquam enim non quæcumque multorum causa vult, eadem potest, laborat tamen diligenter: efficit certe aliquid; ita ut eum patronum sibi omnes, qui modo aliquam operam literis navarint, quærant. Quare putato virum bonum nunquam carere molestia: nosti enim poetarum præsertim improbitatem; ne hic tibi inopissimorum adolescentum legionem commemorem ad petendum non hostem, sed obsonium, sportulamque, promptissimam ". Julius Pogianus Francisco Davanzathio hæc nunciavit xii. kal. Jan. 1560. *Faernus diuturno morbo pene stomachum amiserat, quem aliquando revocavit, ut Pontificias cœnas obire possit.*

Ita

Ita autem fuit Faernus noster natura ipsa comparatus, ut alios adjuvaret quibuscumque rebus posset. Hanc in illo vidimus indolem benignitatis ex Latinio, qui ad eundem Masium an. 1561. scripsit Jacobum Noguerum Faerno ad debuisse, quod Pontificem Max. adierit, atque humanissime ab eo exceptus fuerit. *Jacobus Noguera Faerni nostri opera, & Tranensi Cardinali summo Pontifici notus est*. Extat de hac re & Dionysii Athanasii epistola apud Hieronymum Lagomarsinium in notis ad Epistolas Julii Pogiani tom. 3. Ad Faernum ille scribens die 6. Jan. 1560. de electione Pii IV. gratulatur "per l' interesse publico, & per lo particolare ancora di tanti miei signori & padroni, de' quali V. S. sà bene, che meritamente tiene uno de' primi luoghi per li molti, & gran benefitii, che con tanta amorevolezza, & cortesia mi fece, & procurò etiandio da Sua Beatitudine nelle mie sciagure di Roma, de' quali ho la memoria così fresca, e ripiena, che mi par, che pur hieri li ricevessi".

De eodem Faerni instituto Stanislaus Hosius Episcopus Varmiensis quædam habet in Epistola ad Latinum Latinium, cujus exemplar ex Orig. in Codice Vaticano 6201. pag. 141. laud. Cajetanus Marinus nobis sponte sua dono dedit. tanta est illius in nostro studio adjuvando humanitas, & mira quædam solicitudo. Epistolam ipsam in lucem edimus eruditorum gratia.

STANISLAUS HOSIUS LATINO LATINIO
VEL UT VERIUS DICAM LATINIORI
SIVE LATINISSIMO S.

Quid sit quod abs te per Valentinum meum postulaverim pro jure amicitiæ nostræ, brevibus in scheda præsentibus literis inclusa reperies explicatum verbis fortasse minus latinis; sed ego dum sum solicitus, ut rem consequar, non multum verba moror. Quæso te, ut hanc schedam & cum Illustriss.ᵐᵒ Card. tuo, & eodem meo, & cum Datario communices, ut quid petam, intelligant. simul operam des, ut voti mei compos efficiar. Majorem in modum eo re tibi me devinceris, & ero, si qua dabitur occasio, de referenda gratia solicitus. Nihil est, quod hoc opere facere mihi possis gratius, cum quam sit hæc res mihi cordi non ignores. Sirletum & Faernum verbis meis salutabis. Illi me excusabis, quod non salutaverim eum priusquam Roma discederem, cum fuerit discessus hic opinione mea celerior.

huic

huic vero dices, quod ego putabam hactenus eum esse judicem tantum importunorum, nunc autem video, quod sit etiam patronus eorum. Nullos enim adjuvare patrocinio suo videtur alios, præterquam importunos, de quo genere, cum non sit Franciscus Torrensis, cujus & pietatem, & doctrinam satis perspectam, & probatam habes, nihil est eo, quantum video, in Faerno præsidii constitutum. Laudo hominem; in hoc non laudo, sed amo nihilominus. Nam fieri potest, quod ipse culpa vacet. Ex Monte Falisco . . . . .

Si quæ manu mea scripsi legere te recte posse cognovero, scribam ad vos manu mea frequentius.

Tuus Frater
Stanislaus Episc. Varmiensis.

Latinii ad Hosium responsio IV. non. Apr. 1560. extat inter illius epistolas to. 3. pag. 72. De Faerno hæc rescripsit. *Salutavi Faernum tuo nomine, legique ei particulam epistolæ tuæ de importunorum patrocinio. Agit ille tibi gratias de tua erga se voluntate. Quod autem addidisti de Torrensi, in eo nihil astute dissimulavit, ingenue fassus se si quemquam hominem importunum non audiendum, & dijudicandum, sed tuendum, & defendendum unquam suscepit, hunc maxime unum, atque præcipuum esse, in quo tamen juvando, quod potuit, bona fide præstitit.*

Secundam fortunam sapienter Faernus cavit, atque ut erat mira simplicitate, & modestia, sic a divitiis, omnique honorum, & dignitatum ambitu longissime abfuit, nullius rei cupidus, nisi virtutis: quod Joan. Casa notavit in Epistola ad Galeatum Florimontium. tom. VI. pag. 5. edit. Neapol. an. 1733.

. . . . Priolusque bonus, simplexque Faernus,
Prudens, & veræ virtutis cultor uterque,
Vitrea quos nunquam titillat gloria, febris
Purgatos hujus . . . .

Ea scilicet ratione Faernus secundis rebus utebatur, ut ad literarum studia, vitæque tranquillitatem omnia converteret: sicque in aula vitam instituit, ut portum ille invenerit, ubi scopulos alii sæpius, tempestatesque offendunt. Id autem non solum naturæ quodam bono fecit, sed etiam doctrina. Philosophiæ enim severioris præcepta excolebat, seque illum nequaquam putare beatum profitebatur, qui hono-

noribus supponit humeros; iisque ob *vitream gloriam* permittebat gratulationes emittere, quos eadem gloria *titillat*. Hujus rigidioris dogmatis exemplum (quod hercle stoicum est) afferam. Stanislaus Hosius Varmiensis ad Julium Pogianum, qui Cardinalatus honorem illi gratulatus erat, respondens, Faerni judicium se magis probare ait, " qui ne literam quidem unam scribendam esse duxit, qua mihi novum honorem hunc gratuletur... Quid enim ex hoc onere potius, quam honore, mihi mandato pervenit ad me præter curas, sollicitudines, labores, vigilias, sumptus majores, quam quos queam sustinere, tum pericula multo gravissima "? Eodem tempore Hosius ad Latinum Latinium nescio quæ de ipso Faerno scripserat, cui Latinius respondens hæc retulit. " Faernus, cui ego Epistolam tuam legendam miseram, adscripseramque si quid suo nomine me vellet tibi respondere, ut me certiorem faceret, ita ad me rescripsit. *Potes adscribere salutem meis verbis, & et dicere, ne miretur, quod ad eum non scripserim gratulatorias; non enim me unquam solere cuiquam ob talia gratulari. Si quid haberem aliud quod scriberem, libenter fore facturum, sed nihil esse, ut nunc se res habent. Vale.* Hæc ille ad me totidem verbis ". *In not. Lagomars. ad Epist. 19. Jul. Pogiani an. 1561. tom. 2.*

Ea candidi hominis libertas non displicebat viris in summo etiam fastigio constitutis, & ab ambitione remotis. In his Hosius ipse, qui honores, & dignitates ratione æstimans, iisdem additum sibi pondus sentiebat, & nihil expetebat magis, quam familiaritatem, & amicitiam clarorum virorum, a quibus nihil, præter vestem, se habere fatebatur, quod illis commune non esset. Quare Latinio respondens Faernum laudat. Cujus epistolam ex laud. codice pag. 124. hoc loco edere opere pretium est.

Quod scribis, tibi neque licere, neque libere mihi vestium istum splendorem, qui nuper accessit, gratulari, commune tibi est cum Faerno nostro. Nam & is nullas ad me literas dedit ex quo tempore vestibus istis splendidioribus utendi potestas mihi fuit concessa, & inter alia amoris in me vestri argumenta, hoc quoque non minimum esse puto; nec amoris magis, quam prudentiæ. Recte enim judicatis, quod splendor hic vestium plus animo meo perturbationis, quam voluptatis attulerit; cum agmen quoddam curarum, sollicitudinum, laborum, vigiliarum, quin & periculorum secum habeat. Quibus ut ferendis par esse queam, Dei misericordiam supplex im-

plo-

plere, atque idem a vobis, Patre Octavio, & ab aliis pius fieri peto. Minus mea, quam Faerni vestis felix esse videtur; cum tamen & mea peraeque fuerit ab ambitione remota, & a gradibus illis ambitionis absim longius, quos vestri pedes terunt quotidie. Vellem autem abs te Faerno nostro persuaderi, ne me propterea minus amandum esse putet, quod jam sum splendidioribus his vestibus indutus, de quibus non magis quam ille sui felicitas. Mirum est, quod mense toto, & amplius etiam, non modo literas ab eo nullas accepi, verum ne salutem quidem illius verbis mihi quisquam adscripsit. Sic ille fortasse offensus esse videtur, quod a veste mea me superari sum passus. Tu vero placandum illum curabis, & me cum ipse carum habebis, tum hero tuo reddes in diem commendatiorem. Coram, si Deus volet, pluribus. Bene vale.

Ex Vienna XVII. *Aprilis a. d.* MDLXI.

Tuus Stanisl. Card. Varmien.

Itaque Faernus longe aberat a cupiditate dignitatum, & honorum; quos tamen amplissimos si voluisset, adeptus esset. Testem habeo eundem Hosium Card. qui in epistola (laud. cod. pag. 123.) ad Latinium data ex Vienna die 28. Junii 1561., hæc de Faerno scribit. *Quod ille retusare dicitur Episcopatum, non temere fecit fortassis. Quid autem impedit, quominus Abbas esse queat? Modo sit Abbatia talis, quæ fructus opimos afferat, unde possit aliis quoque benigne facere. Vellem ut eum salutes meis verbis, & dicas, quod paratam gratulationem habeo, simul ut pinguem Abbatem esse factum cognovero.* Faernus obiit eod. anno. Sed nullus fuisset, puto, gratulationi locus cum eo, qui longe aberat etiam a cupiditate divitiarum.

Imaginem Faerni nostri jam vides, Juli Cæsar Bonette præstantissime, calamo expressam gravissimorum virorum, qui una vixerunt, & incolumem prædicarunt studio literarum, & vitæ innocentia inter æquales nobilissimum. Qui tamen excellens vir quo magis florebat tempore, suisque edendis scriptis manum admovebat, diem obiit supremum Pii IV. anno II. Illius mortem suo statim Masio mœrens Latinius nunciavit: " Faernum, inquit, xv. kal. Decemb. amisimus, cujus morte, uti non mediocrem latinæ literæ jacturam fecerunt, ita te non mediocriter affectum iri certo scio. Ego amici casum eo acerbius fero, quod labores ejus omnes in restituendis tot bonis aucto-

ri-

ribus, vel jacebunt semper, vel certe nobis, qui quinquagenarii sumus". Extant in deliciis Poetarum part. I. hæc laud. Crucei carmina in obitum Gabrielis Faerni.

Dum veterum auctorum instaurat monimenta Faernus,
Et reddit vitæ scripta latina suæ,
Invidit fera parca, virumque ad tartara trusit.
Quodque aliis adimis, hoc tibi, dixit, habe.

Sed ne aut lectoribus tædium prolixitate pariam, aut talium virorum studiosis videar brevitate deesse, utrique rei occurram subjecta Othonis Cardinalis Truchses epistola, quam edidit Lagomarsinus num. 82. inter epistolas Julii Poggiani an. 1561. conscriptas.

OTHO TRUCHSES CARD. AUGUSTANUS
STANISLAO HOSIO CARD. VARMIENSI

XV. kal. Dec. hora xii Gabriel Faernus cessit e vita, cujus mortem tibi æque ac mihi, atque adeo bonis omnibus molestam accidisse propter hominis doctrinam, & probitatem, morumque ac vitæ suavitatem non mediocrem, facile intelligo. Sed ad consolationem illam communem omnibus christianis hominibus sive vivimus, sive morimur, domini sumus *(quod de illo sperare debemus, cujus mors fuit vitæ consentanea pie religioseque actæ) illud præterea accedit solatium, quod brevi, idque sine febri decessit. Triduum enim tantummodo sibi displicuit, quo in incommodo molestissimum fuit linguæ impedimentum, quæ nigro quodam tumore affecta, facile id quod factum est, præsignificabat. Sed facilis fuit illi ea migratio minus onusto romanis his sarcinis, quibus ut alter cederet oneribus, ei laborandum esset. Quæ cura multos vel in morte magis quam ipsa mors sollicitare solet. Vixit in Urbe aliquot annos, tanquam si rure vixisset, non fuco, non artificiis, non blanditiis, non denique fallaciis præditus urbanis, illa sua beata ingenuitate ac probitate, si quicquam est hoc nomine dignandum in terris. Tulit ejus discessum e vita graviter in primis Pontifex Max., idemque decrevit, ut omnia ejus scripta in lucem edantur. Multa erunt, quæ placeant, præsertim in illo jocoso genere, sed atili, fabularum, & apologorum. Ut in urbe loquacissima variæ afferuntur præmaturæ, si hominis constitutionem spectes, mortis causæ. Sed illa ne audienda quidem....*

Nihil puto his addendum, quibus Gabriel Faernus præcipuis fertur laudibus, ut hinc nostri docto ac sapienti cive gloriari merito de-

beant literatis omnibus, summisque viris carissimo. Quæ ille scripta reliquerit nunc demum videamus.

In primisque extant Faerni Apologi centum aureo plane stilo, & vario carminum genere ab illo conscripti, *eoque lepore .... ut ex iis Terentianæ, atque Horatianæ veneres quodammodo redolere videantur*. Illorum editionem Faernus ipse parabat an. 1560. ut suo Masio nunciavit Latinus " et rei, inquit, nunc dat operam, ut Apologi in publicum prodeant, neque eam rem aliud moratur, nisi aptissimæ singulis fabellis conjunctæ pictæ tabulæ quibus illustrentur Apologi, veterumque vasorum, vestium, instrumentorumque plurimorum imagines discentium oculis subiiciantur" .... Faerno morte erepto editionem illam jussu Pii IV. Silvius Antonianus perfecit an. 1564. typis Vincentii Luchini, & Carolo Card. Borromæo dicavit. Qua in re, quum multa esset elocutus de Apologorum utilitate ad informandos puerorum mores, hæc addit. " Quæ cum ita se habeant ... profecto optime de hominum vita Gabriel Faernus vir doctus & innocens meritus est. is enim ex Æsopo egregio, & antiquissimo auctore pluximas fabulas, nonnullas etiam ex diversis græcis, & latinis scriptoribus excerptas carminibus elegantissimis explicavit, non ut interpres verba, sed ut poeta sententias, vim, acumen, leporem illum exprimens. Hac ratione factum, ut quod antea ipsum per se jucundum, & suave erat, nunc versibus exornatum longe suavissimum sit .... Quamobrem omnes boni, ut opinor, viri doctissimi studium, & laborem valde probabunt, magnasque in primis gratias Pio IV. P. M. avunculo tuo & agent, & habebunt, cujus liberalitate ad hæc studia Faernus vehementer incitatus est".

Repellendum hoc loco est mendacium, quo Thuanus injuriam non ferendam bono intulit simplicique Faerno. Ejusmodi illud est. Eruditi, qui Apologis Faerni maxime delectabantur, lugebant adhuc deperditas Phædri fabellas. Accidit ut illas detexerit Petrus Pithœus, quas magno omnium plausu typis edidit Augustoduni Tricassium (Troyes in Campania ol. Gallia Celtica Pithoei patria) an. 1596. Jacobus Augustus Thuanus quum, ut vidimus, laudibus Faernum extulisset, nescio qua maledicendi libidine, eundem accusavit, quod fabulas Phædri penes se habens, easdem suppresserit, quasi gloriam ex illius æmulatione capturus, " Non mediocrem etiam a studiosis gratiam prome-

ri-

ritus (Faernus) fabellis Æsopicis vario carminum genere expressis; majorem initurus, si Phædri, cujus sive imitatione, sive æmulatione luserat, nomen aut non dissimulasset, aut scripta quæ legerat, & penes se habebat, non suppressisset. Verum ita fatis comparatum erat, ut quem Faernus nobis invidit, eum viri optimi, & undecumque doctissimi fidei, ac industriæ deberemus "... Quæ Thuano id affirmandi causa fuerit, aut qui suspicioni locus, plane ignoro. Nullo is certe teste usus est, nullaque conjectura. Hinc miror fidem Thuano complures adhibuisse, neque præcipuam innocentiæ, qua Faernus fertur, laudem id potuisse, ut calumniam statim deprehenderent, & irriderent. Ita porro ab omni simulatione etiam in literariis rebus Faernus abfuit, ut Antonius Augustinus epist. ad Petrum Victorium to.7. p.191. de Philippicis Ciceronis Faerni studio castigatis hæc scripserit: *In quibus etiam admodum delectatus sum probitate hominis, qui contra consuetudinem multorum, si quid unquam tangit ingenio alieno excogitatum, sincere id narrat, admirabilique in hoc utitur simplicitate.*

Iniquam Thuano accusationem exprobravit Claudius Perrault (Perraltus) Accademiæ Parisiensis socius, qui fibellas Faerni in gallicam linguam transtulit, & Parisiensibus typis vulgavit. Præterea Jo. Petrus Niceronius in suo opere inscripto *Memoires pour servir a l' histoire des hommes illustres dans la Republique des lettres* tom.23. vanam appellat Thuani suspicionem. *Monsieur de Thou, & plusieurs autres auteurs après lui, ont accusé Faerno de plagiarisme, & ont pretendu, qu' il avoit vû les fables de Phedre, qu'il en avoit pris ce qu' il avoit jugé a propos, & qu' il les avoit supprimées mais c'est un conte fait à plaisir, & qui n' a aucun fondement.*

Quam hi tamen injuriam tanti non esse censuerunt, cui repellendæ operam impenderent, Lagomarsinius accerrime persecutus est in not. ad laud. Epistolam Othonis Cardinalis Augustani, atque ut erat Thuano infensus, multis illum hac de causa exagitavit, quæ, ut candide dicam, partim necessaria non erant, partim quæstionem ipsam attingere non videntur. Hoc enim illi præcipuum cum Thuano contentionis caput, quod Faernum plagii accusaverit. Id vero Thuanus non affirmavit, qui scripsit Faernum lusisse Phædri, quem occultavit, imitatione, vel æmulatione, quæ sane a plagio longissime distant. Illud puto præbuisse Lagomarsinio reprehensionis causam, quod secunda Faerni fabula de Diis arbores legentibus quum similis sit Phæ-

drinæ lib.3. num.17., putaverit hanc a Thuano acceptam occasionem Faernum lacessendi. Idem etiam animadvertit, olim a Nicolao Perotto in *Cornucopiæ* editam fuisse fabellam illam, quam ex Avieno Perottum transtulisse jamblico carmine testatur Scriverius in animadv. ad lib.3. Martialis. Hinc totus in eo Lagomarsinius est, ut comparatis his varie contextis fabellis, longe Faernianam a Phædrina, & altera Perotti diversam esse ostendat. Sed quid apparatu opus erat tanto? Aut quorsum tot verba, ut etiam cum Pithoeo contendat, quia a Thuano commendatur? Ipsa laudatæ fabulæ similitudine res facillime potest expediri. Si enim illam in Phædro Faernus vidisset, nunquam sane edidisset. Unicam ne sulco sane plagio suam fecisset, neque certe elegantiorem? Non vidit ergo in Phædro quam edidit fabellam. Igitur qui non habuit Phædrum, supprimere non potuit. Inquies: undenam gentium Phædri fabellam illam accepit? Respondeo. unde illam olim acceperat Perottus, vel ex *Cornucopiæ* ipsius Perotti. Quid vero hoc cum Thuano? Qui fabularum Faerni, & Phædri verba, sententias, argumenta novit plane esse diversa.

Faernus præterea Plautinas comœdias (Latinii verbis ipsis utar Epist. ad Masium xv. id. Febr. 1555.) multis locis corruptas restituit... Is nunc de Terentio, Plautoque edendo cogitat. Altera eod. anno data Epistola vi. id. Sept. addit. "Faernus intermisso Livio ad Terentium absolvendum, iterumque nova diligentia castigandum redut... In Livio vero emendando... puto eum aliquot etiamnum menses, fortasse etiam annos laboraturum, non sine summo bonarum literarum studiosorum fructu."

Illius labores in Plauto, Livioque emendando perierunt. Ut vero extaret Terentius ab illo castigatus, fecit Petrus Victorius, qui Junctarum typis Florentiæ excusum illum vulgavit anno 1565., inque præfatione ad Carolum Card. Borromæum ait "ipse libenter suscepi hanc curam, dedique operam, ut fideliter imprimeretur, ut servirem honori, ac laudi Faerni, cum quo, dum vixit, magna amicitia conjunctus fui". Adjunxit vero librum *de metris comicis*, quem tamen Faernus non absolvit; "illum tamen, inquit, ipsum qualem reliquit, vel potius ipsius initium, & non contemnendi ædificii vestibulum occultare non libuit, ne qua ingenii ipsius monimenta perirent". Eadem de re Silvius Antonianus epistolam dedit ad Card. Borro-

romæum. Eruditorum vero summa in Faerno laudando consensio fuit, quod Terentio nativam reddiderit puritatem. Quare Niceronius merito hæc scripsit. *Le travail de Faerno sur Terence est preferable à celui des autres interpretes du même auteur: parceque outre que cet habile critique avoit toutes les qualités, qu' il falloit pour bien reussir dans la revision de cet auteur, il étoit fourni d' anciens MSS., qu' il avoit examiné avec beaucoup de soin.*

Philippicas Ciceronis illustravit, ededitque, de quibus Paulus Manutius non semel scripsit ad Muretum in Gallias profectum cum Cardinali Hyppolito Atestio. Extant Manutii epistolæ in notis Lagomarsinii loco laudato. Ipse Faernus ea de re epistolam dedit ad Petrum Victorium.

Scripsit in Lutheranos sectam Germanicam, & Censuram emendationum Livianarum Caroli Sigonii. Denique carmina quædam omni lepore, & venustate condita. Antonius Teisserius addit Dialogos antiquitatum, & observationes in Catullum. *Eloges des hommes savans* tom. 1. (*) Li-

(*) Editiones operum Gabrielis Faerni, quas ego quidem novi m., singulas in gratiam eruditorum hoc loco describam, eoque ordine, quem in recensendis Plinii, & Vidæ scriptis secutus sum.

I. *Fabulæ centum*, vulgatæ editionibus permultis: ac primum Romæ jussu Pii IV. Pont. Max. & opera Silvii Antoniani an. 1564. typis Vincentii Luchini, qui librum figuris quoque centum ære insculptis adornavit. Deinde Antuerpiæ pari elegantia, atque hoc titulo: *Centum fabulæ ex antiquis auctoribus delectæ, & a Gabriele Faerno Cremonensi carminibus explicatæ*: apud Christophorum Plantinum MDLXXXV. Præterea Lypsiæ an. 1619. cum Avieno, & Gibera.

Fabulæ eædem *variorum sapientum sententiis adornatæ cum epistola dedicatoria Silvii Antoniani* (editioni Romanæ præmissa) *ad Cardinalem Borromæum*. Bruxellis apud Franciscum Foppens 1682. Recusæ Parisiis M. Mijolo opera an. 1687. Addita deinde gallica versione Claudii Perraltii novi editio inscripta fuit hoc modo: *Cent fables choisies des anciens auteurs mises en vers latins par Gabriel Faerne traduites en françois avec des remarques, & le latin à côté*. Paris 1699. Parisiis rursum an. 1708. Amstelodami cum figuris an. 1718. Patavii eodem anno typis Josephi Comini, & anno 1744. quo Thomas Bettinelli Venetus alteram adornavit editionem.

Editæ item in locis Faerni fabulæ. Coloniæ Agrippinæ, Londini angl co idiomate, Bononiæ, Cremonæ, Venetiis sæpius, atque etiam italice redditæ.

Omnes superat elegantia, & nitore editio Londinensis an. 1743. in 4. cum laudata versione Claudii Perraltii, singulisque fabellis in ære affabre expressis.

II. *P. Terentii comœdiæ ex vetustissimis libris, & versuum ratione a Gabriele Faerno emendatæ. In eas comœdias emendationum libri ... Item de versibus comicis*. Floruit ... apud Juntas 1565. Petri Victorii opera. Præterea Parisiis an. 1602. *cum Ælii Donati, & Eugraphii commentariis edidit Fridericus Lindebrogius, qui suas observationes, Gabrielis Faerni emendationes, & Jo. Calphurnii interpretationem adjecit*.

III. Liber de versibus comicis (*imperfectus*). Hunc ex Lugd. Florentina Terentii editione receperunt plerique omnes carminum Faerni editores.

IV. *Ciceronis orationes Philippicæ, pro Fonteio, pro Flacco, & in Pisonem a Gabrie-*li

Libet Jo: Matthæi Toscani laudationem Pepli Italiæ lib. 3. descriptam subnectere, qua ut eruditorum de Faerno judiciis elucubratus commentariolus meus fuit, sic hujus eleganti carmine, veluti epilogo quodam finem habeat.

Si linguæ latinæ politioris
Omnis mundities, lepos, venustas
Periissent, penitusque funditusque,
Omnino nihil ut super nitoris
Foret, barbarie omnia occupante:
Pectus attamen unius FAERNI
Musarum, & charitum manu politum
Linguæ divitias politioris
Omnes promeret, uberique vena
Flumen funderet aureæ loquelæ.
Ut non jam Ciceronis, aut Terenti,
Cultive ingenium expetat Catulli,
Cui fas sit lepido frui FAERNO,
Cui nervi Ciceronis, & Terenti
Candor insitus, & lepor Catulli est.

Verbosiorem Faernus elicuit epistolam. At jucunditas, & mira quædam in scribendo oblectatio me esse compulit, quam vellem, longiorem. Nihil tamen temere, aut tam leve a me dictum puto, quod iis non probetur, qui clarorum virorum notitia cumprimis delectantur; in quo te esse numero, optime Bonette, sciunt qui te norunt omnes. Quare curas meas, quantulæcumque sint, pro tuo in literas, & patriam studio æqui bonique consultutum te plane confido. Vale.

Dabam Romæ xii. kal. Junias CIƆIƆCCLXX....

le Faerno emendata e mss Vatic. cum ejus scholie, & epistola ad P. Victorium Romæ 1563.

V. Epistola, qua continetur censura emendationum Livianarum Caroli Sigonii. Extat separatim in calce Ephemeridum Patavin. mensis quintilis 1562. Francisci Robertelli. Servantur ejusdem exempla in bibliothecis Celestensi, & Barberina.

VI. Carmina varia. Extant in deliciis poetarum T. Gruteri to. 2., inter carmina poetarum nobilium Mediolani 1563, & illustrium poetarum Italorum, & in aliis collectionibus. Simul vero cum Faerni operibus edita Patavii, Venetiis, Londini &c.

VII. Dialogi antiquitatum, & observationes in Catullum. Hæc Faerni opuscula, quæ Tessetus memorat, edita non sunt, & mss. reperire nunquam potuimus.

IGNA-



GREGORIVS · XIII ·
PONT · MAX ·



IGNATIO MARIÆ FRAGANESCHIO

CREMONÆ EPISCOPO

FR. THOMAS AUGUSTINUS VAIRANI ORDINIS PRÆD. P.



Cremonenſes hoc Gregorii XIV. monumento gloriantur, quod extat in templo Vaticano, non quidem artis præſtantia (nemo enim unquam de illo exornando excogitavit), ſed talis viri, qui in eo conditus eſt, amplitudine ſplendidiſſimum. Illud vero ut tibi potiſſimum nuncupetur, Illm̃e & Rm̃e Præſul, non mea ſolum erga te ſingularis obſervantia facit, ſed tua ipſa dignitas poſtulat jure quodam ſuo. Cremonenſi enim Eccleſiæ diu ille ſanctiſſime præfuit, quæ quinque abhinc luſtris te quoque Paſtorem habet generis nobilitate, charitatis officiis, pietate, ac vigilantia præſtantem. Florente Sfondrata ſtirpe Nicolaus (quod illi nomen fuit) generatus, ingenio, integritate vitæ, famaque virtutis ita claruit, ut magnus omnium judicio vir haberetur; quæ cauſa fuit, ob quam, ipſo ne minimum quidem adnitente, ad altiores Eccleſiaſtici ordinis gradus evectus, demum Petri Cathedram, qua nihil eſt in terris ſublimius, communi gratulatione conſcenderit. Spero autem non injucundum civibus noſtris futurum ſtudium hocce qualecumque meum, dum tanti viri monumentum in lucem revocare conſtitui, quod etiam hoc tempore neceſſarium vide-

detur. Multæ enim causæ inciderunt, quæ hujus patrii splendoris memoriam fortasse turbarunt. Nam Sfondratia gens Gregorii temporibus Mediolani florebat, exteri præterea quamplures scriptores non solum Pontificem, verum etiam illius avum, proavumque Mediolanenses dixerunt: denique ex ea stirpe superiore sæculo, si habenda Morerio fides (*), extincta, jam nullus superstes est. Igitur ne occasio hujus rei declarandæ dimittatur, illud in primis præstandum est, ut Gregorii Pontificis notitia, quæ edito monumento excitatur, sit eum patriæ illius investigatione conjuncta.

Nobilissimum Sfondratiorum genus est Cremonæ antiquissimum, & rerum præclare gestarum memoria præstantissimum. Sæculo XIII. ingenii, & doctrinæ opinione splendescebat Matthæus, qui diem obiit supremum anno 1315., cujus sepulcro in Templo S. Pauli ejus urbis hæc insculpta leguntur. MATTHÆO . SFONDRATO . PHILOSOPHIÆ . ET . ASTROLOGIÆ . PROFESSORI . CLARISSIMO . QVI . IN . PATRIA . MVLTVM . ELABORAVIT . HIC . TANDEM . QVIESCIT . HÆREDES . MŒST . NE . MEMORIA . TANTI . VIRI . DEPERDERETVR . HOC . P . M . VIXIT . AN . LXXVI . MENS . IX . DIES . XXIII . OBIIT . XV . KAL . APRILIS . A . D . MCCCXV.

Eadem ætate inter aulæ Romanæ Præsules sedente Clemente V. claruit Ferdinandus Sfondratus. Singulos tamen a stirpe ad hanc ætatem ordine enumerare non est necesse.

Id vero notandum hoc loco diligenter est, singulare urbis nostræ decus semper fuisse, ut in ea legum amplissima studia florerent. In aliis quoque lyceis, ad quæ accersebantur, atque in primis Venetorum, Bononiensium, Perusinorum, aliarumque complurium Italiæ urbium Jurisconsulti Cremonenses maxima doctrinæ, eruditionisque laude floruerunt. Hinc cœtus ille Cremonæ antiquissimus, & hac nostra etiam ætate clarus, cui nomen dant ex civibus nobilibus, qui legum scientia, ac peritia pollent. Cautum vero est, ne quisquam in

(*) Fallitur Morerius. Tres Sfondratæ stirpis propagines equidem diffiruit ineunte sæculo XVI., de quibus mentionem facit Antonius Campus, earumque domos ipsis indicat in Topographia urbis Cremonæ. Quæ vero Mediolanum cunabula ætate supra dicta transtulit, adhuc viget in Carolo Josepho filio genere non minus claro, quam literarum, & eruditionis studio, equite velleris aurei, ac nobili Veneto, multorum feudorum Domino, pluribusque muneribus illustri in Aula Imperiali, & Serenissimi Ferdinandi Archiducis Austriæ, & Longobardiæ Gubernatoris. Morerio hæc fortasse fuit erroris causa, quod Carolus V. Comitatum vulgo *della Riviera* Paulo Sfondrato Francisci filio quum contulisset, eo deinceps nomine Sfondratam gem appellari consueri.

in eundem cœtum veniat, qui patriam Cremonam non habeat. Sed ad propositum revertamur.

Plerosque ex Sfondratorum gente illi collegio adscriptos comperio, inter quos Federicum, & Nicolaum fratres commemorabo, quorum virtute nobilitas majorum, & gloria aucta fuit. Extat usque ad hanc diem eorum sepulchrum in æde S. Dominico sacra cum inscriptione hujusmodi HOC . EST . SEPVLCRVM . SPECTABILIVM . ET . CLARISS . I. V. DOCTORVM . D. D. FEDERICI . ET . NICOLAI . NECNON . IO . CAROLI . FRATRVM . DE . SFONDRATIS . ET . HÆREDVM . SVORVM . M. CCCCLXXX.

Hac ipsa ætate Bartholomæus Cremona profectus, nescio quo ductus consilio, sed bono certe omine, Epidaurum, quam urbem Ragusium dicimus, concessit, ibique humanas literas docuit. Quum autem virtute apud egregios liberæ illius gentis cives, & apud Federicum III. Imperatorem gratia multum valeret, accidit, ut quæ inter eosdem, & Cæsarem erat, dissensionem ipse feliciter composuerit. Benemerito referentes gratiam, a secretioribus Reipublicæ arcanis Epidaurienses Bartholomæum esse voluerunt. Eo autem in munere obeundo tanta fuit hominis integritas, & prudentia cum summa pietate conjuncta, *ut eo defuncto publica sanctione perpetuis temporibus valitura majoribus ipsius Bartholomæi masculis officium illud hereditario jure demandatum fuerit*, *quod impræsentiarum* (an. 1520. quo hæc scribebat Cremonæ Jo. Crottus) *Hieronymus .... latina lingua perpolitus paterna integritate prudenter administrat*.

Ex Sfondratiorum autem gente unus multo cæteros antecessit Baptista (Bartholomæi minorem natu fratrem puto) qui cœtum J.C. patriæ ingressus est an. 1475. Hunc cives Mediolanum Oratorem miserunt ad Ludovicum Sfortiam Insubriæ Ducem, qui virum ingenio, prudentia, & magnitudine animi præstantem summo in pretio habuit. Nam civitate illum donavit Mediolanensi, & Senatorem dixit, atque ad Herculem Ferrariæ ducem, ad Ferdinandum Hispaniæ, & Carolum Galliæ reges, atque ad summos Pontifices Innocentium VIII. & Alexandrum VI. legatum misit. Venetus vita functus est an. 1497. ætatis 36., quum ejusdem Ludovici nomine legatione ibi fungeretur. Quibus ab illo præclare gestis magna genti suæ dignitatis, & gloriæ accessio facta est. Sepulcro conditus fuit in Templo Fratrum Prædicatorum S. Mariæ Gratiarum, inque la-

pide priora verba exsculpta hæc sunt. BAPTISTA . SFONDRATUS . QVO . CIVE . CREMONA . QVO . ALVMNO . TICINVM . STVDIORUM . PARENS . QVO . SENATORE . LVDOVICVS . MEDIOLANI . DVX . PRINCIPVM . SAPIENTISSIMVS . VTEBATVR .

Natus Baptistæ ex Margarita Signorolia Mediolanensi Franciscus Gregorii XIV. pater. Cremonæ autem lucem illum vidisse scriptores fere omnes tradunt, quamquam nullo diu Baptista consisterit loco, tot legationum munere functus. Patrio J.C. Collegio illum adscriptum die 11. Sept. an. 1520. memoriæ proditum est, qua occasione laudatus Jo. Crottus edita oratione cum ipsius Francisci, tum universæ Sfondratorum familiæ Cremonæ forisque clarissimæ gloriosa gesta complecti curavit. Commemorandum iterum est, antiquissimo patriæ nostræ instituto, quod usque ad hanc diem servatur, neminem nisi civem, eumque equestris ordinis in istud Collegium cooptari: quo uno apertum omnibus fit, Franciscum Sfondratum Cremonam patriam non minus habuisse, quam cæteros qui Collegio illi ante ipsum adscripti fuerunt. Senatoria dignitate ornatus, & Aulici Consiliarii munere auctus Franciscus fuit a Carolo V. Imperatore. Singularis autem prudentiæ, ac miræ perspicacitatis argumenta cum sæpe dedit, tum præcipue in componendis turbido tempore Senensium rebus. Habuit in matrimonio Annam Vicecomitem, ex eaque filios omnino duos, Paulum, nostrumque, qui fuit Pontifex M., Nicolaum. Cum vero illa ex conspectu hominum morte decessisset, Franciscus ad Ecclesiasticum Ordinem transiit. Non ita multo post Paulus III. R.P. illum ad se arcessivit, Episcopum esse voluit Sarnensem, Legatumque misit ad comitia Spirensia, & ad Carolum V. Imper. primum quum Archiepiscopatu Amalphitano auctus, atque iterum creatus Cardinalis, quum esset, quod ei contigit an. 1544. Quibus gravissimis eximia cum laude perfunctus muneribus, talem se præbuit virum, & Pastorem in Ecclesia, qualis fuerat domi paterfamilias, & a consiliis Imperatoris in Reipublicæ negotiis administrandis. Obiit prid. Kal. Aug. an. 1550. æt. 57. Cremonensem gerens Episcopatum posteaquam suffragium & ipso ferente, Julius III. Pontificatum cepit universæ Ecclesiæ. Sepulcri illius monumento in majori æde sacra erecto inscriptio insculpta fuit, cujus hæc sunt verba postrema .... MORTEM . OBIIT . AN .

AN. MDL. CREMONÆ. PATRIÆ. EPISCOPVS. NICOLAVS. ET. PAVLVS. EXIMIA. PIETATE. PRÆDITI. FILII. HOC. M. PP.

Pervenimus ad Nicolaum Francisci filium, & summum Gregorii nomine Pontificem. Quo natus fuerit loco plane compertum non habeo; patria Cremonensem dico: alii judicent. Scribit Arisius, Annam, quum illum gestaret in utero, *Summam*, quod oppidum est familiæ Vicecomitum in agro Mediolanensi, profectam matris suæ Magdalenæ visendæ gratia, quæ ibi forte ægrotabat, in morbum ipsam incidisse, quo periit die 11. Februarii an. 1535. Cæso statim matris utero in lucem Nicolaus eductus est mense septimo postquam conceptus fuerat. Literarum studiis primo operam dedit Florentiæ; deinde Ticinum venit, ubi J.U. Doctor inauguratus est. Senatoria mox ornatus dignitate in Etruriam contendit, ut rerum Senensium curam gereret. Sed honoribus dimissis, qui tum illi habebantur, & majorum quos aula pollicebatur, abjecta spe, in Ecclesiasticum Ordinem cooptari voluit, & Carolo Borromæo Cardinali qui omni virtutum genere excellebat, se totum tradidit, ut in disciplina Ecclesiæ erudiretur, qua mirum in modum nobilitatus deinde fuit. Hæc brevi tempore acta omnia. Nam vigintiquinque annorum quum esset, Episcopum Cremonæ datum accepimus anno 1560., id munus dimittente Federico Card. Cæsio. Legitur apud Arisium epistola Nicolai Mediolano data ad optimates Cremonensium die 23. Martii, quibus, quum ea de re omnium Ordinum nomine quam maxime gratulati essent, respondit plurimas agens gratias, sibique cognitam esse ait illorum erga se observantiam, & apprime bonam voluntatem. addit vero. *Non si potea sperar altro da un popolo così generoso, e da così prudenti reggitori d'esso verso un loro cittadino, e compatriota. Pregarò Dio, che mi presti grazia di usare questa dignità ad honore del suo santo nome, ed utile della commune patria*. Non ego, sed ipse patriam suam Cremonam dicit. Palam est Mediolanensium testimonio, quod ab eodem Arisio profertur, id plane confirmari. In libro enim *Constitutionum*, quibus illorum regendæ civitatis, totiusque Provinciæ ratio continebatur, denuo Novariensibus typis edito an. 1571., nomina recensentur Senatorum, quos inter *Rmus D. Nicolaus Comes Sfondratus Cremonen. Episcopus Cremonen*.

Ecclesiæ sibi commissæ res administrandas suscepit tanto religionis, pietatis, & disciplinæ studio, ut fuerit Caroli Borromæi egregius imitator. Andreas Victorelli apud Joannem Palazzi hæc de illo scripsit: *Cremonensem Ecclesiam regens Nicolaus ad universam Christianam rempublicam regendam se exercebat, nullis parcebat laboribus, depravatos corripiebat mores, verbo, & exemplo gregi commisso iter ad æterna bonorum pascua ostendebat*. Concilio Tridentino interfuit sub Pio IV., multa in illo præclare gessit, eidemque subscripsit. Cremonam reversus ædem extruxit, quam Seminarium dicimus, in qua Clerici educarentur, acceptaque a Carolo Borromæo statuta sancte servarentur. Ut Clerici Regulares Theatini domum Cremonæ haberent, ipse effecit. Primam diœcesanam Synodum celebravit an. 1582. Hæc ut fusius efferam epistola non patitur, quæ est commemorando fortasse longior.

Nicolai non minus doctrinam & pietatem, quam præclara in Ecclesiam merita Gregorius XIII. suspicens, sacro Cardinalium Collegio illum de tali re ne cogitantem quidem adscripsit an. 1583. Post non multo comitiis Cardinalium interfuit, quæ Sixti V. immortalis memoriæ Pontificis electione absoluta fuerunt. Quum vero Romam denuo eadem de causa venisset an. 1590., & electum Urbanum VII. tredecim post dies, in luctum subito conversa aulæ lætitia, mors eripuisset, tertio Conclave ingressus universæ Ecclesiæ Principatum sibi traditum Nicolaus quasi invitus suscepit die 15. Decembris ejus anni, & Petri Cathedram Gregorius, hujus nominis XIV. nuncupatus, feliciter conscendit.

Oritur hoc loco quædam de illius patria, quam Cremonam dixi, suspicio, quæ, nisi tot argumentis probata res esset, adversus nos valeret sane plurimum. Quum enim electo Pontifici exultantium Cremonensium, & Mediolanensium plausus, & vota primi Magistratuum Ordines, cum datis literis, tum etiam Cremona sex missis legatis (*) nunciare voluissent, fertur, nec Cremonenses Pontifici, neque hunc illis, quod efferendum maxime erat, de communi patria verbum ullum fecisse: Mediolanenses contra Civem illum

(*) Legati a Cremonensibus ex Consilii sententia electi die 10. Decembris an. 1590. hi fuerunt. Homobonus Offredi, & Jacobus Manaoldi doctores Collegii Jurisperitorum, Comites Sigismundus Ponzoni, & Jo. Bapt. Stanga, ac demum Alexander Melius Lupus, & M. Antonius Pescius.

lum dixerunt suum, & Gregorius id ipsum plane affirmavit. Sed res se ipsa aperit, maxime ope hujus monumenti quod afferam. Publicis enim VIII. Kal. Jan. MDXC. literis, quas Legati Cremonenses obtulerunt Pontifici M., Rectores urbis omnium civium nomine ita Pontificem ipsum sunt allocuti. *Quod ad omnem posteritatis laudem illustrius nobis accidere poterat, quam cum intuemur ex familia Sfondrata nostræ urbis & antiquitate, & claritate primaria* &c. Itaque Cremonenses non prætermiserunt quæ de patria Gregorii XIV. commemoranda erant. Quod vero non affirmavit Pontifex, non item negavit; sed qui in Mediolanensi provincia natus erat propter acerbam, quam narravimus matris mortem, & Mediolani eadem qua Pater, & avus, Senatoris dignitate functus fuerat, Mediolanensis haberi maluit sine ulla Cremonensium offensione; hujusque rei sunt exempla quamplura.

Sed de Gregorii XIV. patria satis. Hæc vero, quam Cremonam dico, non arte quadam mea, aut verborum fuco, sed ipsis historiarum monumentis, & simplici rerum enarratione veluti sponte sua dubitantibus in conspectum venit.

De rebus ab illo gestis dicam non ita sane uti dici posset. Multa enim fecit historiis mandanda, quamquam supremum diem obierit mense undecimo postquam universæ Ecclesiæ Pontificatum cepit. Commemorabo quæ pro epistolæ more dici paucis verbis possunt. In primis talem se præbuit Pontificem, ut non solum imperii, quod benevolentia tenuit, majestate non efferretur, sed contra summa humanitate omnes complecteretur, illoque nihil esset modestius. Quum autem tertio adversa statim valitudine laboraret, multisque conflictaretur corporis doloribus, animi virtutem hilaritate oris indicabat, Gregorii Magni exemplo dolores existimans *dona esse potius, quam flagella*. Gregorium vero eundem imitatus, curas, labores, ac omnia Pontificatus munera debilis, ac pene infirmus obivit, ut in ea re omnes illum maxime admirarentur (*). Cremonensibus suis ma-

(*) *Benedictionem Agnorum Dei* Gregorius XIV. diebus Paschatis perfecit. Augustinus Cardinalis Valerius Veronæ Episcopus, qui tum Romæ versabatur fere in diebus paucis quibus illa acta fuit, commentarium ad ipsum Pontificem dedit *de Benedictione agnorum Dei* inscriptum, quem nuper Præsul doctrina & eruditione cl. Stephanus Borgia S. Congregationis de propaganda fide a secretis illustravit, ediditque occasione ejusdem sacri ritus quem SSmus Dñus noster Papa PIUS VI. in Paschate anni 1775. publi-

majorem quamdam dignitatem ipse attulit. Nam eorum Ecclesiæ Canonicos insignius ornari voluit, veste eadem, quam gerunt Canonici S. Petri in Vaticano. Collegio præterea J. C. Cremonensium, cui majorum suorum plures adscriptos fuisse diximus, id honoris contulit, ut in ipsum adlecti omnes in Comitum, & Equitum numero haberentur. Pii V. decretum probavit, & confirmavit, quo cautum est, ne ullæ possessiones detrahantur Sedi Apostolicæ; atque Alphonso II. Ferrariæ Duci potestatem, qua domus suæ hæreditatem, quæ ad eandem Sedem pertinebat, alio transferre valeret, negavit. Cardinales ex ordinibus Regularium assumptos pileo rubro decoravit, suisque ille manibus Michaelem Bonellum, & Hieronymum Bernerium Ordinis Prædicat., Constantium Buccafocum Ord. Min.

blice celebravit. In illo commentario Cardinalis Valerius Pontificem Gregorium alloquitur, ejusque virtutem, quæ summa plane eo patente fuit, commendat his verbis.

Gravissima est illa sententia, & Gregorio I. summo Pont. digna: dona pretiosa sunt, quam flagella dolores, quibus delicta purgantur, & dolores tu hos ipsos solum vehementes placent, quia placere in hoc mundo aliquid non permittunt.... quam usque eo sæpe Gregorii decimiquarti: usurpasti proximis Confessionis, tum multos dies ab isto Pontificatus tui adversa valetudine, febre etiam variis cum doloribus, magno cum sacri Collegii & totius urbis mœrore laborares. Hæc verba tantum prædecessoris tui sanctissimi patris, cujus nomen refers, cujus sanctissimam vitam tibi imitandam proposuisti, in cujus imagine sæpe conspicienda in tuo cubiculo delectares cum voluptate sæpe commemoras; sed constantia animi, crebra invocatione nominis Dei, in tuis etiam oculis, quod mirabile est, hilaritate, quam eadem sæpe oculis, eandem quam commemoravi sententiam probas. Accipis enim eo a rerum omnium moderatore Deo a clementissimo patre nostro, qui paterna amore orbis terræ rempublicam gubernat, & Trinitatum, Regum, Pontificum in primis fontem, qui ejus vicem gerunt in terra, animos moderatus, dolores tanquam dona ad altissimum illum sedem nullius moderationem recte animi, & egregiam patibus virtutum omnium ecclesiasticarum matrem, & altricem humilitatem.... Tu Decimoquarte Gregori Beatæ Gregorii imitatorem invenimus doloribus te ascendisti, cum corpore valde debilitatus, & maximis doloribus afflictus, tibi ipsi addideris animum, feria quinta sacræ hebdomadæ, sanctissimo etiam die Parasceves, etiam præter medicorum voluntatem, e lecto surgere, & populum tuum, urbemque Romam benedicere instituisti cumque, & voce non satis valida cum lacrymis volueris, admirabili pietate tua incredibilem in omnibus, qui viderant te cooperaverat, devotionem excitasti. Adjecisti etiam animum, cum corpori tuo faceres, doctos, ut omnes patamus, adeptus sponte, ad Agnum Dei benedictionem, qui patres sui Pontificatus anno Romani singuli Pontifices populum Dei recreare, & ad pietatem excitare consueverunt. Veste tu candida, sereno vultu, oculis suam lætitiam præferentibus te adeuntibus protulisti: Candidulos cereos, quot mira benignitate, & paterno amore complecteris, quatuor durant spatio ad sacram illam functionem invitasti, qui agnos Dei ceræos mirabili artificio ad inducendam devotionem effictos aqua benedicta e sano præmixta abrisfuere tecum ablaerunt, cum convivio perhumaniter excepisti.

Idem Card. Valerius opusculum paulo ante dederat de Consolatione ad GREGORIUM XIV., cujus exempla rarissima sunt. Illud ut hoc loco ederem nonnunquam frustra perlustravi, aliasque et festa celebrioresbibliothecas amicorum opera. Quod idem tamen, si fuerit antea repertum, quam hoc volumen perfectum, vulgatumque sit.

Min. S. Francisci Conventualium, qui etiam Sarnanus a patrio solo in Piceno appellatus est, & Gregorium Petrochinum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini eodem ornavit. Inopiam Urbis publicam levavit, & populum donari jussit millies centies nummis aureis, quos scutata vocant. Maximo Religionis tuendæ studio flagrans motus Calvinianorum in Galliis repressit, severitate usus, ubi benignitas locum non habuit. Quum mente majora agitaret, morbo consumptus fato communi cessit Id. Octobris an. 1591. Extat in ejus funere habita Oratio ad Cardinales a Vincentio Blasio Garcia Valentino apud Alphonsum Ciacconium ex Ordine meo Patriarcham Alexandrinum, qui de Romanis Pontificibus, & Cardinalibus accurate scripsit.

Hæc vero si minus apte conscripta a me sunt, Ignati Præsul amplissime, studii tamen, quo cum patriam prosequor, tum te ipsum maxime colo, velut monumentum quoddam accipias velim. De Magistro S. Palatii avunculo meo, cujus summa est erga te observantia, & mira voluntas, hac præcipue causa mentionem faciam, & quia jubet te plurimum valere. Senex firmo adeo ille est corpore, & alacri animo, ut nihil supra, quod singulari Dei beneficio tribuendum est; idque ipsum tibi a Deo O. M. cupidissime precor. Vale.

Dabam Romæ prid. Kal. Augusti 1774.



DEO TRINO VNI

PAVLO SFONDRATO CARD. EPISC. ALBAN.
GREG. XIV. FR. FIL. BONONIEN. LEGATO
SIGNATVRÆ GRATIÆ PRÆFECTO
CREMONEN. PRÆSVLI PIETATE IN DEVM
DIVOSQVE ANIMARVM STVDIO
CHARITATE IN PAVPERES
PLANE MEMORANDO
QVOD SANCTÆ CÆCILIÆ CORPVS
INSIGNI SEPVLCRO LVMINIBVS AD
CENTVM PERPETVO COLLVCENTIBVS
TERRESTRI PROPE CŒLO DECORAVIT
TEMPLVM EXORNATVM
SACERDOTIBVS MINISTRIS PRETIOSIS
VASIS ET RELIQVIIS AVCTVM
HÆREDEM EX
ASSE RELIQVIT
QVODQVE OMNEM EIVSMODI RERVM
MEMORIAM VIVENS REPVLIT
DEMORTVO ANNO ÆTATIS LVII. SAL.
MDCXVIII
ODOARDVS CARD. FARNESIVS ET
AVGVSTINVS PACINELLVS SENEN.
TESTAMENTARII EXECVTORES
P. P.



JOANNI CALVIO

DOCTORI REI MEDICÆ IN ACADEMIA PISANA

FR. TH. AUGUSTINUS VAIRANI ORD. PRÆDICATOR. F.



Onumento Gregorii XIV. hoc alterum omnino erat adjungendum, quod Paulo Cardinali ejus Fratris filio Romæ positum fuit in Templo S. Cæciliæ. Nolumus autem hoc loco de illius patria quæstionem habere. Qui rem omnino exploratam habeat, præter te, Calvie optime, inveniemus fortasse neminem. Tu enim Mediolani quum esses medica facultate clarus, nobilissimos Sfondratos majorem in modum colebas. Cognovi autem ex tuis literis, te ab hujus familiæ stirpe ad hanc ætatem, omnium, qui ex eadem progna-ti sunt, notitiam habere. Nam singulos fere enumerasti, notans qui, a quo ortus, quos honores, quibusque temporibus assecutus fuerit. Igitur gaudeo te assertorem simul habere, & defensorem eorum, quæ de Cremonensi Sfondratorum familia jampridem disserui. Præterea ut hanc tibi epistolam darem effecit observantia erga te mea, quam aliquo monumento palam facere exoptabam. Jam sextus vertit, & decimus annus, ex quo delectus fuisti, ut in Academia Pisana medicæ facultatis cathedram primo loco moderareris. Nuper vero præclaram lucubrationem typis edidisti late, & accurate per-

scribens, quæ ad originem, & incrementum, atque Præfectos horti botanici ejusdem Academiæ pertinent. Quo fit, ut te ipsum, & patriam ornes, tibique eruditi omnes gratulentur. Sed propositum persequamur.

Paulum Sfondratum, de quo dicere institui, una cum altero fratris filio Gregorius XIV., quum Cremonæ gereret Episcopatum, e domo eduxit a parvulis in Seminarium a se extructum. Evangelista Doratus civis noster Congregationis de Somascha cl. alumnus Gregorio acceptissimus (1) Seminarii præfectus ab ipso fuerat constitutus, qui ut erat doctrina, pietate, & prudentia præstans, adolescentibus instituendis operam feliciter collocabat. Idipsum legi in libro Jacobi Cevaschi cui titulus *Somasca graduata &c.* verbaque ipsa hæc sunt. *Nicolò Sfondrati Cardinale, e Vescovo di Cremona, li di cui Nipoti, e Seminario erano stati riempiuti dall' uom di Dio di sante massime, e di una perfetta cristiana educazione &c.*

Paulus deinde Romam missus apud Presbyteros Oratorii Vallicellensis S. Philippi Nerii commoratus est. In quodam mss. apud eosdem recensetur inter Convictores anno 1577. ejus ætatis XVII. Præfectus illius domus erat Thomas Bozius Eugubinus, qui ibi sancte educatum Paulum nostrum (cui ipse nomen etiam Camilli, alii Æmilii tribuerunt) commemorat in Epistola, qua eidem dicavit opus *de signis Ecclesiæ Dei*, quod Romæ typis edidit anno 1591. Indole præditus excellenti virtutes, quæ præsertim virum religiosum, & Ecclesiæ ministrum decent, cum a Dorato, tum a Presbiteris ejusdem Oratorii, Deo incrementum dante, sinu, ut ita dicam, ultro excepit, coluitque, ut ad amplissimas dignitates plane natus videretur. Id denique comprobatum eventu est anno 1590. quum ejus patruus summus Ecclesiæ Pontifex electus, eum XIV. Kal Jan. creavit titulo S. Cæciliæ Presbyterum Cardinalem. Ad tantam dignitatem evectus, ac veluti raptus, intellexit simul magnam sibi impendere rerum gerendarum molem. Nam Gregorius adversa statim valetudine cepit laborare. quo factum est, ut Paulo pene summas Imperii tradiderit, de cujus ingenio, prudentia, & humanitate dubitare non poterat. *Maximam porro Christianæ Reipublicæ partem suis humeris sustinuit*, inquit Antonius Bosius in libro historiæ passionis S. Cæciliæ &c., *& nihil summæ potestatis, imperiique magnitudine ela-*

elatus, cum singulari rerum gerendarum prudentia admirabilem conjungebat humanitatem.

Gregorio vita functo mense Pontificatus xi., Paulus Sfondratus *ad rerum divinarum studia*, ait idem Bosius, *se contulit. Protinus enim, quasi onerosa sarcina, divitiarum multitudine rejecta, eisque in pauperes liberali dextera erogatis, nobilem sibi omni genere sacrorum in primis monumentorum refertam bibliothecam comparavit, quam quidem assidue revisens, nocturnaque, & diurna manu exutiens .... præcipue historiæ ecclesiasticæ studio tenebatur, quod ad bene beateque vivendum illustribus exemplis animum moveri sentiebat; illique non majori curæ erat nosse quæ alii docuerint, quam quæ fecerint, imitari.* Sic denique statuit, ut studio uteretur ad agendam vitam, & viros in primis doctrina morumque integritate præstantes carissimos, & amicos haberet ob morum similitudinem.

Quo tempore S. Cæciliæ titulo donatus fuit, animo meditabatur restaurare, atque exornare sacram ejus ædem nulla, aut sane deformi architectura vetustis temporibus extructam. Præterea flagrare cæpit cupiditate detegendi, conspiciendique corpora Sanctorum ipsius Cæciliæ Virginis & Martyris, Valeriani, Tiburtii, & Maximi pariter Martyrum, quæ in eadem a Paschali Pont. M. condita fuisse memoriæ proditum erat. Quum igitur manum operi admovisset, & ad Aram maximam aptum extrui jussisset servandis Sanctorum reliquiis locum, quas argenteis, & aureis vasis incluserat, eaque de causa effodi aream necesse esset, *nihil se absente moveri voluit*, inquit laud. Bosius, qui in appendice ejusdem libri narrat qua ratione corpora eadem detecta, & cognita tum fuerint, *quia se inventurum sperabat prædicta corpora, quæ in eo loco esse pluribus conjecturis ad credendum adducebatur. Anno 1599. III. Kal. Nov. quum ipse coram adesset, dirui pavimentum jussit, quo exciso, & subjecta humo egesta duæ marmoreæ arcæ apparuerunt. Testes accersiri jussit, detectisque arcis, reseratisque, in prima parva fenos palmos longa, unum & semis lata, binos alta, S. Cæciliæ corpus reperit, in altera majore capsa corpora Sanctorum Valeriani, Tiburtii, & Maximi. Sub arca S. Cæciliæ alteram invenit duorum Pontificum Urbani, & Lucii.* Hinc Paulus Cardinalis ingenti lætitia efferri, illico factum vulgari, magnusque fieri ad illum locum ex tota Urbe concursus.

M 2 Cle-

Clemens VIII., qui tum universam regebat Ecclesiam, recognita Baronii Cardinalis opera, exuvias Cæciliæ, aliorumque Martyrum in ipso Templo semel ac iterum veneratus est. Comparata autem suo sumptu arca argentea pondo librarum CCLI., diem vigesimam secundam Novembris Cæciliæ sacram indixit iterum condendis ossibus eorundem Martyrum. Quo die comitantibus Cardinalibus duobus, & quadraginta, Templum ingressus Missam celebravit, & Cæciliæ corpus in capsa conditum cupressina, ipse, adjuvantibus Cardinalibus Diaconis, in arca argentea reposuit una cum argentea tabella a Card. Sfondrato accepta, in qua quid acciderit literis insculptis posterorum memoriæ traditum est (2). Eodem autem in loco recondita omnia, quo inventa fuerunt.

Longum esset describere quæ tunc Sfondratus pietate in Cæciliam incensus perfecit. Nam *Ciborium* ut vocant, in Ara maxima eleganter affabreque constructum collocavit. Pavimentum, atque parietes marmore contexit diversis coloribus variegato, ac tessellato opere; Balaustio marmoreo longo circuitu locum clausit, ad quem descenditur (sub Ara enim quiescunt eorundem corpora Sanctorum) Cæciliæ simulacro pario in marmore a Stephano Maderno sculpto ibidem posito cum hac inscriptione.

PAVLVS TIT. S. CAECILIAE
EN TIBI SANCTISSIMAE VIRGINIS CAECILIAE IMAGINEM
QVAM IPSE INTEGRAM IN SEPVLCHRO IACENTEM VIDI
EANDEM TIBI PRORSVS EODEM CORPORIS SITV
HOC MARMORE EXPRESSI.

In balaustiis circuitu lampades argenteæ XXXV. ipsius Cardinalis sumptibus perpetuo collucent, multoque plures olim colluxisse legimus. Sacerdotes quatuor, qui, sacrum quotidie facerent, duosque clericos eisdem, & Templo addictos perpetuo voluit, assignatis reditibus, quibus alerentur. Sacellum quod ad dexteram introeuntibus occurrit & vetus sub ipso balneum, in quo Cæcilia virgo martyrium subiit, instauravit, ornavitque. Templum denique ipsum elegantiore forma donavit.

His rebus perfectis Legationem Bononiensem obivit. Hujus itineris occasione B. Virginis Lauretanæ donum summa religione advixit, quam postea rediens, & quoties iter fecit trans Apenninum ve-

veneratus est. Donis etiam testatus est qua esset in Deiparam pietate affectus. In his duo sunt omnino commemoranda: crux octo smaragdis constans pretio quatuor millium aureorum pendens ex torque innumeris pene gemmis fulgenti, quo Deiparæ effigies ornatur; & *adamas humana ungue major in annulo, qui Christi pueri digito insertus*, inquit Ciacconius, *luminum repercussu velut sidus emicat*.

Quum Romam Paulus rediisset, statuissetque anno 1605. templum restaurare S. Agnetis extra portam Numentanam, quam singulari, post S. Cæciliam, pietate colebat, accidit, ut hujus quoque virginis, & martyris, aliorumque sanctorum corpora detegeret, quæ olim sub ara majore condita fuerant. Hujus inventionis descriptio italica lingua extat in mss. bibliothecæ Barberinæ cod. 1234. pag. 359. quam ad calcem hujus epistolæ edam, quo notior res vulgo fiat (3). Octavius Pancirolius in libro, cui titulus *tesori nascosti di Roma*, ejusdem rei mentionem facit pag. 315., additque, Sanctorum exuvias, quas diximus, solemni pompa a Paulo V. an. 1616. eodem, quo inventæ, loco repositas fuisse. Idem testantur Ciaconius, Bollandus in vita S. Agnetis §. 1. num. 4. Carolus Bartholomæus Piazza pag. 607. operis inscripti *Gerarchia Cardinalizia*, aliique. Pauli Card. Sfondrati stemma in pulcherrimo laqueario, aliisque ejusdem Sacræ ædis locis cernitur, quod illam non modico sumptu ornaverit. In epistylio portæ majoris notatur etiam annus 1606.

Cremonensium deinde Episcopus factus a Paulo V. fuit an. 1607. die 7. Septembris. Hanc Ecclesiam rexit non minus pastorali solicitudine, & sanctissimis exemplis gregem omnem ad pietatem instituendo, quam rebus suis pauperes alendo, usque ad diem 19. Julii an. 1610., quo Episcopatu dimisso, Albanensem paulo post regendum accepit. Tali modo quum Ordini Cardinalium Episcoporum esset adscriptus, tamen indulgentia Pontificis titulum retinuit S. Cæciliæ. Multis, iisque præclarissimis cum ad vitam sancte ducendam, tum ad munera religiose obeunda usus est præceptis, Sed illud sæpe commemorabat ex Concilio Carthaginensi IV., quod semper servavit: *Episcopus vilem suppellectilem, & mensam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis suæ auctoritatem fide, & meritis quærat*.

Longe ante condidit testamentum, quam decessisset. Hæredem vero *ex asse* instituit ædem S. Cæciliæ. Locum etiam sepulchri sibi de-

delegit, ac vivens paravit juxta ejusdem Virginis monumentum, & inscriptionem ibi posuit marmore porphyretico insculptam. Quum vero Tiburem secessisset initio anni 1618. apud Augustinienses morbo correptus vitæ sanctissime gestæ finem fecit xv. Kal. Martii. Cujus mortui corpus Romam delatum eodem, quo ipse constituerat, loco sepultum fuit. Inscriptio, quam dixi, est hujusmodi.

PAVLVS TIT. S. CAECILIAE
S. R. E. PRESB. CARD. SFONDRATVS
MISERRIMVS PECCATOR ATQVE
EIVSDEM VIRGINIS HVMILIS
SERVVS HIC AD EIVS PEDES
HVMILITER REQVIESCIT.
VIXIT ANN. LVII. MENS. X. DIES XXV.
OBIIT ANNO MDCXVIII.
MENSE FEBR. DIE XIV. ORATE
DEVM PRO EO.

Hæc de Paulo Sfondrato Cardinali. Ex quibus intelligi potest, quantum ille religione, & pietate excelluerit, atque muneribus claruerit, quibus sanctissime perfunctus est. Finem scribendi faciam Calvie optime, si primum abs te petiero, ut me ames. Vale.

Dabam Romæ x. kal. Majas MDCCLXXVIII.

(1) Idem Jacobus Cevaschi refert, Gregorium XIV. Evangelistam Doratum eorum Romam accersitum, quum laudibus efferri etiam in Urbe hominis virtutem cognovisset, Collegio Cardinalium eundem adscribere decrevisse. Verum Doratus de ea re certior factus, Pontificem adiit, obtinuitque precibus, ac lacrymis effusis, ut eo consilio dimoveretur. Cujus rei memoriam ipse narrat servari inscriptione quadam ad Dorati effigiem apposita. Congregationi suæ præfectus fuit anno 1593.

(2) Verba inscriptionis hæc sunt, quæ ex ipso Antonii Bosii libro transcripsi.

HIC REQVIESCIT CORPVS S. CÆCILIÆ VIRGINIS ET MARTYRIS QVOD A PASCHALI PRIMO PONTIFICE MAXIMO IPSA REVELANTE REPERTVM ET IN HANC ECCLESIAM TRANSLATVM, ET SVB HOC ALTARI VNA CVM CORPORIBVS SS MARTYRVM LVCII ET VRBANI PONTIFICVM, NEC NON VALERIANI, TIBVRTII, ET MAXIMI RECONDITVM.

ITERVM POST ANNOS FERE DCCC. CLEMENTE VIII. PONT. MAX. CVM IISDEM MARTYRIBVS LVCEM ASPEXIT DIE XX. OCTOBRIS ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS M.D.IC. CVIVS S. VIRGINIS CORPVS PRÆDICTVS D. N. PAPA CLEMENS VETERI LIGNEA CAPSA IN QVA IACEBAT, ARGENTEÆ INCLVSA INTACTVM IMMVTATVMQVE HOC EODEM LOCO IN QVO FVERAT COL-

LO-

LOCATVM POST PERACTA MISSARVM SOLEMNIA MAXIMA CVM DEVOTIONE ET LACHRYMIS TOTO SPECTANTE POPVLO REPOSVIT XXII NOVEMBRIS IPSO FESTO VIRGINIS DIE M D IC.

AD CVIVS LATVS IN ALIA SEORSVM CAPSA PRÆDICTI TRES MARTYRES VALERIANVS TIBVRTIVS ET MAXIMVS REQVIESCVNT: NEC NON SVB IPSO VIRGINIS CORPORE IN ALIA SIMILITER ARCA PRÆDICTI DVO MARTYRES AC PONTIFICES LVCIVS ET VRBANVS PROVT A PASCHALI PONTIFICE OMNES IN IIS CONDITI SVNT.

EGO PAVLVS TITVLI S. CÆCILIÆ S R E PRESBYTER CARDINALIS SFONDRATVS, CVI LICET MISERRIMO PECCATORI PRÆDICTA CORPORA QVÆ DIVTVRNITATE TEMPORIS PENE IN TENEBRIS IACEBANT, ET INVENIRE, ET VIDERE ET VENERARI A DEO OPTIMO MAX DATVM EST MEMORIAM HANC HISCE LITERIS CONSIGNAVI. ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS M D IC, DIE XXII NOVEMBRIS SEDENTE CLEMENTE VIII SVMMO PONTIFICE, EIVSDEM PONTIFICATVS ANNO VIII.

In arca vero argentee hæc insculpta leguntur.

CORPVS I. CÆCILIÆ VIRGINIS ET MARTYRIS A CLEMENTE VIII. PONT. MAX. INCLVSVM ANNO M D IC PONT. VIII.

(3) Relazione dell'invenzione fatta alli 7. di Ottobre dell'anno 1605. delli corpi di Santa Agnese gloriosissima sotto l'altare maggiore della medesima Chiesa posta nella via Nomentana et Santa Emerentiana sua collatanea e delli corpi di Santa Constanza figliola di Constantino et Attenda con molte altre reliquie de Santi Saturnino, Sisinio et altri Santi posti nella Chiesa di Santa Constanza da Alessandro Quarto sotto l'altare maggiore.

Avendo l'Illmo e Rmo Sig. Cardinale di Santa Cecilia doppo l'assunzione del Pontificato di Leone XI., che sia in cielo, preso a restaurare, & ornare la Chiesa della gloriosa santa Agnese Vergine, e Martire nella via Nomentana, come di su' Avvocata, & protettrice sua, alla quale sin da primi anni havea doppo Santa Cecilia portato particolarissima devotione, & riverenza, & volendo di desiderio di vedere il suo Santo Corpo, qual sapeva (come s'intenderà più a basso, e per quello riferisce Santo Ambrosio nella sua vita, & Anastasio bibliothecario in quella di Honorio primo, e di altri Pontefici e tutti quelli che hanno scritto di quella Chiesa, oltra una antichissima, e continuata tradizione) essere stato posto in questo luogo, e vicino a lei santa Emerentiana sua collatanea, nè esservi memoria in contrario in tanti e tanti centinaja d'anni, che detto corpo fosse stato levato; anzi trovando, che molti Papi con gran riverenza, e magnificenza havevano adornato il suo santo sepolcro, come ne fanno larghissima fede le autorità, che in questo libro s'adducono. Con questa sicurezza dunque, e desiderio insieme, e per eccitare anco tanto più la devotione del popolo verso questa santa, come ne havea visto simile effetto nell' essersi scoperto pochi anni prima il corpo di santa Cecilia, si risolse, essendo a santa Agnese, la sera delli 7. di Ottobre del presente anno 1605. in venerdì di andarsene in detta Chiesa con due soli cioè il Cavaliere Honorio Alessandro da Sassoferrato suo gentilhuomo, & Fra Nicostrato commesso del Monastero di S. Pietro in Vincola, & riconoscere l'altare Maggiore, quale trovò essere attorno di bellissime lastre di marmo bianco tutte di un pezzo da ciascuno dei 4. lati ben commesse insieme e veramente monstrava un'antichità grande, che per quanto si può cavare probabilmente da alcune scritture deve essere stato fatto da Honorio Primo già quasi mille anni fà, e si vede non essere mai stata mosse dette lastre, nè toccate, con sopra una pietra di porfido d'un pezzo solo grossa quattro dita, lunga palmi otto e mezzo, e larga palmi sei e tre quarti, che con una scala di legno, quasi si suole ponere in mezzo sopra detta altare pure lo divida in modo che vi si può celebrare da dui bande, e quella parte che restava di verso la porta della Chiesa era vota sotto per tenervi una lampada avanti; quella verso l'Abside era piena come si dirà, e perciò il popolo per antichissime consuetudine sempre usava pigliando la perdonanza, andare dentro al Choro alla parte della Tribuna, lasciando la

la parte dinanzi verso la porta. Si posero dunque a levare la lastra di marmo avanti alla parte dell'altare della tribuna, e trovorno detto altare essere pieno, e di un fortissimo massiccio del quale poi all'hora se ne levò tanto al piede, che scopersero sotto di esso altare alcune lastre di marmo dinanzi per il traverso, che mostravano di coprir qualche cosa, e così seguitando di scalzare più a basso, e al fine fatto un foro nell'ultimo del massiccio, e postovi dentro un lume, scopersero, su bene con qualche difficultà per essere il luogo che era fatto sotto e sopra e dai lati a modo di arca alto solo un palmo e lungo da sei, li due santissimi corpi di santa Agnese & Emerentiana distesi sopra due lastre della maniera che si dirà più a basso a chi rese le debite gratie al Signore resistero per all'hora di procedere più avanti per la difficoltà dell'opera, che richiedeva gran tempo, e maggior aiuto di gente. La mattina appresso di sabato e gli 8. il signor Cardinale ordinò, che fusse con diligenza fabricata una cassa longa sei palmi, e larga quattro foderata di raso cremisino dentro e fuori con trine d'oro, & non volendosi fidare de' muratori per essere poco atti a rompere simili luoghi con diligenza, destrezza, e discretione, chiamò a se il *Padre Felice* Vetterei da Todi curato di S. Lorenzo in Damaso, & il signor Stefano Benassai Luchese suo Auditore, con li quali, & con detto fra Nicostrato, e Gio. Battista Cagnoli da Modena suo aiutante di camera subito doppo l'hora del pranzo si posero a lavorare con pali di ferro e martelli attorno detto massiccio, che era di pietra di pomice abbrugiata & alcuni vasi lunghi di terra cotta leggerissimi, & calce nel modo che si vedono fatte le volte di fabriche molto antiche, acciò gravino manco, e tenghino il luogo asciutto ma havevano quelle materie fatta presa tale insieme, che per quanto si battesse non ne veniva, se non quel poco che pigliava la ponta del palo di ferro, o del martello sichè lavorando li sodetti tutto quel giorno a vicenda, a pena verso le due hora di notte fù disfatto tutto il massiccio, e si scoperse una volta che con esso era fatta ripiena, la qual volta pigliava tutto il mezzo dell'altare da tutte le parti si vede come stavano posti quelli santi, & era il luogo accommodato nell'infrascritta forma. Stavano i corpi sopra due lastre lunghe da sette palmi, e sotto d'esse era cavato il terreno unen ad altri sette palmi di altezza, acciò fussero lontani dalla terra per l'humidità. V'erano anco delle lastre di marmo dalle bande di questo voto, e sopra quelle lastre laterali erano poste due lastre lunghe di marmo, sopra quali i posavano i santissimi corpi, e queste lastre lunghe erano forate da capo, e da piedi con due buchi larghi di grossezza di un dito piccolo, e lunghi un quarto di palmo, credesi ad effetto che l'humidità potesse scolare nel voto di sotto, e non corrompesse li corpi. Sopra poi le lastre laterali che sopravanzavano quelle lunghe ove giacevano i corpi, di un palmo erano due altre traverse di ferro, che sostenevano quella altra tre lastre poi poste al traverso, che facevano quasi coperta di sopra at corpi santi, che erano ivi collocati molto decentemente voltati con la faccia e petto verso al cielo, e verso l'oriente, e si conoscevano chiaramente l'ossature di tutto il corpo al lungo suo, sebene il resto era di cenere di carne disfatta, & in quella di S. Agnese in particolare che era a mano dritta, erano molti pezzi congelati, e grossi di sangue, & in alcuna parte erano le medesime ossa tanto intenerite, che a toccarle correvano pericolo di disfarsi se non si maneggiavano con discretione su ne andavano in polvere. Frà le teste dell'una e dell'altra si trovorno molti pezzi di un sottilissimo velo consumato dal tempo, e sotto alli corpi vi era della terra, forse presa dal luogo del martirio, e dove era stato sparso il sangue loro, osservandosi che è stata fatta nell'inventione de molti corpi santi sepolti anticamente & è molto probabile, e verisimile. Dunque dopo havere considerato il signor Cardinale ogni cosa essattissimamente, non potendosi lasciare l'altare così aperto per il pericolo che poteva occorrere con il concorso della gente, e per la fabrica che si fà nella Chiesa, volse quell'istessa notte aiutato dalli *medesimi* Padre Felice & Auditore suo facerdoti raccogliere questi santi corpi, a nel lavargli si trovarno tutte le ossa congionte l'uno con l'altro secondo la forma del corpo humano, & questi santi corpi si giorno seguente di do-

me-

menica accomodò il Signor Cardinale dentro la cassa, che haveva fatta preparare, involti distintamente e separatamente in cortina finissima, e pose la cassa sotto l'altare della Cappella di casa che pure è aperto, e fodrato tutto di raso cremisino, e sospesa con due cordoni di seta dell'istesso colore fintanto se gli accomodava il luogo loro, Il resto di quelle ossa disfatte, e spolverizate e la cenere di carne disfatta, e sangue che si vedeva nel corpo di Santa Agnese in grandissima copia, & in molti pezzi grossi e piccoli fece mettere in 2. vasi di marmo antichi di assai bel lavoro; in uno quella di Santa Agnese, havendoli prima per questo benedetti, & in un altro quelli di Santa Emerentiana, mettendo tutti duoi nella medesima Cappella, e furono gli istessi Santi corpi, prima che si muovessero, veduti dall'Illmo Signor Cardinale di Acquaviva, che essendo venuto la sera del sabato a Santa Agnese per visitare il Signor Cardinale, fù da lui per la scala secreta delle sue stanze condotto in Chiesa per mostrarli appunto un tanto tesoro, che all'hora si scopriva, & la diligenza grande degli antichi in fare quella sorte meraglia per conservarlo. Oltre le ceneri congelate insieme con mescolanza di sangue ci sono de' pezzetti di veste d'oro come quelli di Santa Cecilia, alcuno de' quali si è conservato a parte, a per essere in questa Chiesa reliquie così insigni, ha voluto il Signore che tante a tante volte sia stata da diversi Summi Pontefici consacrata & ornato il sacro sepolcro di Santa Agnesa di pretiosissimi doni di che havendo il Sig. Cardinale saputo, che Monsignor Pegna decano della Rota, e Prelato devotissimo di detta Santa, dotto e di varie eruditioni fornito, havea raccolte alcune memorie antiche, ha pensato di haverle, a faranno poste qui appresso a consolatione delle persone devote, Hora havendo visto il Signor Cardinale di haver trovati questi due pretiosissimi corpi, e convenendo ancora per ornamento dell'altra Chiesa di S. Constanza rimovere l'altare, che stava troppo vicino al vaso di porfido chiamato dal volgo la sepoltura di Bacco, per metterlo nel mezzo della Chiesa, si risolse di cercare anche li corpi di detta S. Constanza, a di Attica, & di Artemia, che per una antica lapide di Alessandro IV. apparisce con altre reliquie de' Santi esservi stati posti dal medesimo Pontefice da cha fù detta Chiesa dedicata l'anno 1256. Onde messo mano a detto altare lo trovò consacrato col suo sigillo e dentro un vaso di alcune reliquie, a sotto di esso altare un gran capale di marmo, cha copriva un arca fatta di mattoni, nella quale si sono trovati con molti pezzi di veste di oro molto adonsen gli stessi corpi di S. Constanza, Attica, Artemia, a celgnie di S Saturnino ed altri Santi, cha Papa Alessandro, come si è detto, lei stesso riferisce nell'iscrittione haver posto sotto quello sacro altare consecrato da lei a S. Costanza, e però gli ha fatti il Signor Cardinale raccoghere e portare nella medema Cappella, tenendosi con la debita decenza, e riverenza sin che si mettino sotto l'altare che hora si fà nel mezzo della Chiesa.



Effigies F. Desiderii Scalia Cremonen. Ord. Praed.
S. R. E. Card. tit. S. Caroli viæ Flaminiæ.
ex tabula depicta in Sacrario ejusd. Templ.


D. O M
DESIDERII SCALIÆ, EX PRÆDICAT. FAMILIA. CARDINALIS
VITA DVM DESIDERATVR ERIPITVR
ET QVOD DE EO CONDI POTVIT SVB MARMORE IACET
CÆTERVM EXIMIÆ EIVS VIRTVTES PER ORA VOLANT
F DEOD SCAL EPVS ALEXANDRINVS
AVVNCVLO BENEFICENTISS
GRATI ANIMI EXIGVVM ARGVMENTVM
P AN SALVTIS M D C LIII



THOMÆ CAJETANO CADOLINIO ORD. PRÆD.

BIBLIOTHECÆ SANCTI DOMINICI CREMONÆ PRÆFECTO

FR. TH. AUGUST. VAIRANI EJUSD. ORD. S. P. D.



AM diu abs te nil literarum? Te jam compellabo palam, non tamen quasi crimine aliquo, sed quod videaris avare facere cum eo, qui tui amantissimus est, & quid agas, quantumque valeas plane sollicitus. Intelligo autem magna cum voluptate Cremonensis Bibliothecæ Prædicatorum Præfectum te esse constitutum, idque magnopere collaudari factum ob tuam cum in rebus literariis perspicacitatem, tum in ferendis laboribus diuturnam constantiam. Cujus vero bibliothecæ? Insignis, & prope singularis. Illam Thomas Augustinus Ricchinius Magister S. Palatii avunculus meus, quod hic libet interponere, selectissimis, & pro omni disciplinarum genere innumeris pene libris transmissis ita auxit, ut plane condidisse videatur: quod opus dignum viro sapiente in dies perficit ad beneficium, ac maximum Patriæ decus, & ornamentum, atque ad memoriam posterorum sempiternam. Dicam hoc loco quod sæpe mirari soleo, leve scilicet, inconstans, & fere repugnans hominum studium, quorum alii divitiarum magnam vim quum habeant, alii plane exiguam, isti tamen, quum detraxerint quod expensum sumtui ferre debent, omnem dant operam, ut beneficiis vel amicos, & calamitosos afficiant, vel reipublicæ partem aliquam afferant commodorum: illi contra pecunias profundunt in eas res, quarum non dicam utilitatem, sed ne memoriam quidem ullam sint relicturi. Itaque maxima Ricchinio nostro habenda est gratia, qui dum laudem tam insigni benefacto amplissimam consequitur, incredibilem simul amatoribus literarum voluptatem affert, atque utilitatem. Quod vero tu omnem in id operam conferas, ut tot tantaque librorum volumina apta dispositione suis quæque

locis collocata, & singula accurate descripta cum inquirenti præsto sint, tum quamdam conspicienti jucunditatem pariant, rem illi gratissimam facis, & tuam in liberali opere perficiundo partem tibi vindicas non sane exiguam. Sed jam ad institutum pergamus. agere enim me de monumentis Cremonensium, quæ Romæ extant, novisse te puto, quibus summopere delector, eisdemque edendis, & illustrandis quod otii superest libentissime confero.

Lapidis ectypon, quo sepultus clauditur Desiderius Scalia (alii Scaleam scripserunt) ad te mitto mi Thoma Cajetane suavissime. Locus nobilissimus eidem est in amplissimo SS. Ambrosii & Caroli Mediolanensium, cæteræque Insubriæ gentis Templo. Patre Cremonensi generatus fuit, & Cremonæ literis, quibus puerilis ætas impertiri solet, eruditus. Fulgebat jam in illo indoles virtutis, ingeniumque come, & aptum ad artes optimas. Vix pubertatem emensus de vitæ instituto ineundo excogitavit, & annum quum cœpisset ætatis XVI. in Ordinem FF. Prædicatorum cooptatus est an. 1584. Florent maxime in cænobiis ingenia cum ipsa vitæ consuetudine, de qua nihil mutatur unquam, tum literaria, qua quotidie exercentur palæstra, ac denique librorum copia, ipsaque sapientum, veluti irrigatione quadam exculta, quibus liberalium studiorum commodis accedit discendi ardor, & laudis æmulatio, ut mirandum potius sit, aliquos ejusmodi Ordinibus adscriptos viros nec moderate, nec sapienter vivere, quam si omnes multum virtute, & literis valerent.

Desiderius noster Prædicatorum, quod profitebatur, institutum sanctissime coluit, & cupidissimus literarum, quarum studium arripuit ab adolescentia, tantum in eis profecit, ut eximius Theologus, & Orator disertissimus habitus fuerit. Cum vero nullam Religionis præsertim tuendæ occasionem dimitteret, fidei, ut vocant, Quæsitorem strenue egit cum in pluribus Insubriæ urbibus, tum in primis Romæ amplissimo Commissarii generalis Inquisitionis munere perfunctus. Hæc vix commemoramus, quæ legi possunt eleganter, copioseque memoriæ tradita posterorum a Petro Maria Domaneschio Ordinis nostri, nostrique cœnobii collega (cujus acerrimo ingenio, nativoque lepore utinam diu nobis frui licuisset) in Commentario quem an. 1767. scripsit *De rebus Cœnobii Cremonensis Ord. Prædicat., deque illustribus, qui ex eo prodiere viris.*

Quum

Quum non solum doctrina Desiderius, & sapientia præstaret, verum etiam socias haberet liberalitatem, modestiam, urbanitatem, comitatemque singularem, Romanorum, & totius aulæ oculos ad se convertit. Clarius in dies splendescenti an.1621. nl. id. Januar. ei contigit, ut a Paulo V. extremo tempore Pontificatus, ante dies scilicet XVII. quam decederet, sacro Cardinalium Collegio adscriberetur. Id vero licet nihil addat ad virtutem, famamque sapientum, facit tamen, quod solent honores cæteri, qui scilicet rerum præclare agendarum occasionem dant, & sunt præmii genus quoddam reipublicæ utilissimum; *honor enim*, ut cum Tullio dicam, *alit artes*, *omnesque incenduntur ad studia gloria*. Melphiensi eodem tempore Scalia auctus est Episcopatu. Gregorius XV. ad Novocomensem Ecclesiam regendam illum transtulit, cui muneri egregie obeundo ostendit pares sibi esse virtutes, Religionem, vigilantiam, sollicitudinem, prudentiam, charitatem. Non diu tamen illo Pastore frui Novocomensibus licuit. Nam Urbanus VIII. Gregorii an.1623. successor Desiderium Romam evocavit, ut viro, quem sibi magno auxilio futurum sentiebat, in sacris consultationibus, & universæ Ecclesiæ negotiis expediendis, uteretur. *Perpetuam igitur*, Domaneschii verbis libenter utor, *Romæ domicilium quum statuisset, ita in consilium a Summo Pontifice adhibebatur, ut nullus fere fieret Purpuratorum Patrum conventus, nulla de rebus gravissimis consultatio iniretur, cui pro suprema Pontificis auctoritate non interesset, ab eoque cæteri veluti ab oraculo non penderent.*

Mirari hoc loco satis non possum pinguem & fere incredibilem eruditi cujusdam oscitantiam, qui in supplemento *Dictionarii historici portatilis* Neapoli editi an.1760. de Desiderio Scalia hæc duo tantum narrat, illum scilicet Ordini Prædicatorum nomen dedisse, & Odem quamdam Italico carmine cecinisse in laudem S. Francisci. Qui Scriptorem Dominicanum recensebat, ne Jacobum quidem Echardium legit? Satius fuisset omittere, quam oculis lectorum ita jejune ac mutilate virum illustrem exhibere. Sed ad propositum revertamur.

Habes mi Thoma Cajetane paucis verbis expressam summi viri, qui patriam, & Ordinem nostrum illustravit, imaginem quamdam: copiosius enim de hac præsertim re me scribere post Domaneschium non est necesse. Si adhuc paucioribus Scaliam agnoscere, & prope videre cupis, hæc legesis, quæ hoc loco ex tom. IV. Alphonsi Ciacconii exscri-

ſcribo. *Erat in conſultationibus acer, undique ingenii, & rectæ mentis, in benefactores gratus, in amicos officioſus, in communi vita ſplendidus, & munificus, ita ut deceſſerit obæratus; humanitate, & urbanitate utebatur incomparabili.*

Deſiderius primum Eccleſiæ SS. XII. Apoſtolorum, deinde S. Clementis, demum S. Caroli *Titularis* fuit. Hujus *benefactor* habetur ob neſcio quam pecuniæ largitionem; eoque nomine appellatur in tabula, quæ illius imaginem exhibet, & in Sacrario ejuſdem Eccleſiæ ſervatur. Poſtremo afferam inſcriptionem, quam Aſculi in Piceno legi in ſuperiore parte januæ Cœnobii S. Dominici, ne accepti beneficii, quod indicat, diuturnitate, injuriaque temporum (nam ſcripta in pariete eſt) memoria deleatur. Eſt vero hujuſmodi:

F. DESIDERIO. SCALEÆ. S. ROM. ECCLESIÆ. PRESBITERO. CARDINALI. CREMONENSI. TIT. S. CLEMENTIS. CLEMENTISSIMO. PRINCIPI. OMNIVM. VIRTVTVM. GENERE. ORNATISSIMO. AC. IN. OBEVNDO. MVNERE INQVIRENDI. IN. HÆRETICOS. PRÆCIPVO. EX. PRÆDICATORIO. GREGE. IN SACRVM. COLLEGIVM. PATRVM. CARDINALIVM. COOPTATO. PATRES. ET. CONVENTVS. S. DOMINICI. DE. ASCVLO. FVTVRI. NON. IMMEMORES. ÆVI. IN. GRATI. ANIMI. TESTIMONIVM. OEPINGI. MANDARVNT. AN. A. VIRG. PARTV. MDCXXIII. X. KAL. IANVARII.

Deſiderii Cardinalis pronepos quidam Hyacinthus Romæ eodem in templo ſepulcro conditus eſt, inque lapide hæc exculpta leguntur.

D. O. M.
HIC. IACET. ABBAS. HYACINTHVS. SCALEA
CARDINALIS. SCALEÆ. PRONEPOS
OBYT. DIE. XXII. NOVEM. AN. SAL. MDCXCVI.

Quis fuerit Hyacinthus iſte, & qualis Abbas, non inveni ab aliquo Scriptore memoriæ proditum. Monumentum tamen ipſum omittendum non erat. Hic epiſtolæ finis, quam nullo gratam ſapore, nulloque ſale conditam in tanta æſtivi, & ſane immodici caloris moleſtia nollem tibi eſſe graviorem. Me ama, & vale.

Dabam Romæ Idib. Sextilib. 1774.

AL




CYRIACVS S. ROMANÆ ECCLESIÆ PRESBYTER CARDINALIS ROICIVS


Jo Perro
de Foliaris
Cremonen



AL SIGNOR

D. LUIGI ALBERTONI

PATRIZIO E CANONICO DELLA CATTEDRALE DI CREMONA



E avete già letto Sig. Canonico stimatissimo le varie lettere, che ho scritto costì nel mandare alcun poco illustrati i monumenti dei Cremonesi, che esistono in Roma, dirette da mio buon amico, che ora mi attengo al miglior partito, di scrivere cioè italiano. E' verissimo, e forse ci riuscirò meno male. Ma sappiate, che lo so ancora perchè piace la varietà così a chi scrive, come a chi legge, se è *poliglotto*. Io non sono tra que' satraponi, i quali vorrebbero, che tutto si scrivesse in latino, mettendo in non cale il nazionale idioma, ancorchè bellissimo, quale si è il nostro, anzi più bello di tutti gli altri. Questi o pensano di far parlare il latino anche ai fanciulli nel *Collegio Fatronione*, o vogliono far risiorire il secolo d'oro, che appena si può desiderare, essendo ora la latina una lingua morta, di cui neppure comprendiamo a bastanza sugli originali le grazie tutte, e le finezze; onde non ci verrà mai fatto di pareggiare quegli antichi, ma dovremo sempre contentarci della imitazione, che in questo caso vale quanto la copia di una eccellente pittura. Sprezzare i buoni, e perfetti prodotti del proprio clima per coltivarne solo dei forestieri, che non vi allignano in ugual modo, mi pare un inganno, Non dò retta neppure a quelli altri, i quali amerebbero, che ogni na-

nazione scrivesse nel suo idioma. Con tale spirito di *patriotismo* non si avveggono, che priverebbero il pubblico di una non piccola utilità, e se stessi di un vero piacere. La lingua latina si può dire in qualche modo che è universale, ne altra mai ne troverà il Sig. Kolmar più universale di questa; onde con essa si possono diffondere dapertutto i tesori delle scienze, delle lettere, e delle arti senza traduzioni, e ristampe. Essa è poi in se così bella, così ricca, così grave, ed armoniosa, e così adattata ai più sublimi argomenti, che i dotti ne hanno sempre fatto giustamente la loro delizia, e sono stati in ogni tempo tenuti in gran pregio quelli, che l'anno scritta con accuratezza, e con quel più di spirito, che trarre si può dagli antichi originali. Questa filastrocca per farvi sapere Sig. Canonico gentilissimo, che questa mia lettera ho voluto che fosse italiana. L'ho poi indirizzata a voi, perchè siete una Persona rispettabile della Città, e del Clero di Cremona, ed esiggete qualche attestato della mia stima in oltre perchè vi sono amico, e attaccatissimo, non solo per le vostre belle doti, ma anche per tante obbligazioni, che vi professo; e finalmente perchè amate la patria, e non può non esservi grato ciò, che allo splendore della medesima in qualche modo appartiene, che che sia della mia poca abilità nello scrivere.

Ho messo in primo luogo il ritratto del Cardinale Ciriaco Rocci del titolo di S. Salvadore in Lauro, il quale sebbene non sia nato in Cremona, si è dichiarato però, ed ha confermato di essere Cremonese di patria, siccom'era la di lui famiglia intorno a quel tempo che egli nacque, come dimostra la iscrizione che porrò più giù. Io certamente non glielo voglio contrastare, anzi sono per dare a questo punto tutta la chiarezza possibile. Non perdo tempo. Eccovi le di lui parole, e la ragione insieme di questa sua dichiarazione nelle lettere che scrisse da Vienna ai Sig. *Deputati al governo di Cremona*, e che si conservano nell'Archivio della Città. Le trascrivo dal tom. II. dell'Arisi pag. 46. Con la prima de 24. Decembre 1633. previene gentilmente i Cremonesi, significando loro la sua promozione alla porpora, e dice così, *La grazia che nostro Signore con eccesso di benignità si è compiaciuto farmi col promovermi al Cardinalato, accresce infinitamente la mia privata contentezza per la speranza d'aver aquistato qualche abilità di potere* coll'esempio de' miei antenati *far apparire l'ottima mia disposizione verso cotesta*

città

città e patria. *Vengo però a partecipare alle SS. LL. Illme questo mio felice successo &c.* Appena spedito aveva questa lettera, che ricevè quella dei Sig. Deputati con le congratulazioni di tutta la città, alla quale rispose in data de' 30. dello stesso mese. *Accresce molto la mia privata consolazione l'umanissima lettera delle SS. VV. Illme, con la quale hanno voluto parteciparmi l'allegrezza, che indifferentemente provano tutti i cittadini per la mia promozione al Cardinalato, della quale, stimando io quanta devo l'origine che ho da cotesta città, mi trovo già aver dato a loro Signori parte con altra mia. Sicchè per ora non mi resta, se non dir loro il mio gradimento di questa pubblica dimostrazione, che da loro si fa meco per così felice successo. Piaccia a Dio che questa dignità mi dia maggior abilità di poter servire al pubblico, ed a privati, che così conoscerà ciascuno la stima che sempre ho fatto* della Patria, *e delle SS. LL. Illme, alle quali prego da Dio ogni compita bene.*

Il nostro Bresciani ci ha lasciato una esatta, e minuta relazione delle grandi feste fatte in quella occasione dalla nobiltà, e dal popolo di Cremona, onde apparve quanto fosse sì degno, ed alto soggetto da tutti gli ordini della città stimato, e amato.

Ho trovato nella quinta Centuria della Biblioteca romana del Mandosi num.44. una delle molte iscrizioni, con le quali fu ornata per tali feste la Cattedrale, che merita di essere quì riferita.

CYRIACO ROCCIO CREMONENSI
VRBANITATE LITTERATVRA AC RELIGIONE SPECTATISSIMO
VRBANITATI ENIM VIRTVS LITTERATVRÆ PIETAS RELIGIONI INTEGRITAS
NVNQVAM DEFVIT SEMPER ADFVIT AC PROFVIT
NIHIL EI NEGAVIT MVLTA DEDIT PLVRA POLLICETVR
AC OMNIA OMINATVR
QVEM VRBANVS VIII. PONT. MAX.
OB RES NON MINVS IVSTE AC PRVDENTER
QVAM PIE AC INTEGERRIME GESTAS
E MERITORVM LICÆO AD CORONAM
E VIRTVTVM SOLIO AD PVRPVRAM
SAPIENTISSIME EVEXIT
CREMONÆ CIVITAS
SECVTVRI BENEFICII AC PATROCINII IN PATRIAM NON AMBIGVA
DILECTISSIMO FILIO PVRPVRATO CIVI
GRATI ANIMI SIGNVM GRATVLABVNDA EXPONIT

Non potrà dunque alcuno a ragione criticarci, se diciamo Cremonese questo Cardinale, quando egli si é compiaceiuto dell' origine, che ha avuto da Cremona, e di essere nostro compatriota, e quando i Cremonesi stessi l' hanno tenuto come tale. Il Moreri che non aveva veduto le sudette lettere, e non sapeva nulla di quelle feste, ha scritto nel suo Dizionario, *Rocci* (Cyriac.) *Cardinal natif de Cremone*, essendo allora noto, che la famiglia Rocci era Cremonese, e forse da poco tempo passata ad abitare sotto altro cielo.

L'Arisi vuole darci notizia, senza dire da chi l'ha avuta, del luogo dove è sepolto questo Cardinale, in Roma cioè nella sua Chiesa titolare di S. Salvadore in Lauro. Invano però taluno più curioso di lui cercherebbe colà qualche documento di tale sepolcro, e non avendo altra scorta, non saprebbe dove rivolgere i passi nella grande ampiezza de' sette colli. Il Moreri indirizza chi vuole saperlo alla Chiesa della Madonna di Monserrato. *Il mourut a Rome le 25. Septembre, & git en l' Eglise de Montferrat* (si deve scrivere *Mont Serrat*) *à Rome*. Io ci ho trovato la sepoltura gentilizia della Famiglia Rocci, ma senz' alcun indizio, che riposino colà le ossa del Cardinal Ciriaco. Ho poi letto nel Tom. IV. del Ciacconio, che fu sepolto insieme agli altri della sua casa, e sotto la stessa lapida senz' alcuna indicazione, avendo egli forse ordinato così nel suo testamento.

Ecco la iscrizione della lapida sepolcrale che racchiude tutti i Rocci, posta anticamente da Bernardino in una Cappella a lui conceduta nella sudetta Chiesa, ed eretta in onore de SS. Filippo, e Nicola.

D. O. M.
BERNARDINVS ROCCIVS
NOBILIS CREMONENSIS
ET CIVIS ROMANVS
SACELLVM HOC ET SEPVLCRVM
ELIGENDVM CVRAVIT
A. M. D. XC.

Io credo che questo Bernardino padre del nostro Cardinale, da pochi anni si fosse con la sua famiglia stabilito in Roma, non tardando molto a disporre di una cosa, che in fine è necessaria come la mor-

morte. Antonio, e Urbano Rocci in appresso ordinarono, che in quella Cappella venisse ogni dì celebrata una Messa *in perpetuum* assegnando a tal fine il fondo conveniente.

Non è molto tempo, che questa famiglia è estinta. L'ultimo rampollo fu Pulcheria Rocci, che entrò in Casa Spada, e lasciò una pinguissima eredità a tre sue figlie maritate a tre nobilissimi Cavalieri Romani. Il Palazzo Rocci è vicino appunto alla Chiesa di Monserrato, ed ora è convertito in un religioso Ospizio, in cui abitano i PP. Carmelitani scalzi Spagnoli, ed è la residenza in Roma del loro P. Generale. Rimane della Casa Rocci una pubblica memoria, che è questa. Per legato della medesima è dotata ogni anno una Zitella, la quale ai 10. di Ottobre si porta alla Chiesa di Monserrato, e riceve l'Eucaristia nella sudetta Cappella.

Torniamo al Cardinale Ciriaco, della cui vita le principali epoche sono queste. Fu *Abbreviatore di Parco maggiore, e Referendario delle due Segnature* sotto il Pontificato di Paolo V. che inoltre lo mise nella Congregazione del *Buongoverno*, nella quale Ciriaco dette prove del suo talento, e del suo zelo con molta soddisfazione di quel Pontefice. Urbano VIII. dopo averlo spedito Vice-legato a Viterbo, e Ferrara, lo preconizzò Arcivescovo di Patrasso, e lo mandò Nunzio agli Svizzeri, e dopo due anni a Ferdinando II. Imperatore. Intervenne alla dieta di Ratisbona, e vi si distinse, essendosi per opera di lui conchiusa colà la pace tra il sudetto Ferdinando, e Luigi XIII. Re di Francia. Nel 1633. (e non 1634. come scrisse il Moreri) il dì 28. di Novembre Urbano VIII. lo pubblicò Cardinale avendolo già creato, e tenuto in petto sino dal 1629.

Voglio qui trascrivere il Breve, che lo stesso Urbano VIII. poco appresso gli scrisse nel mandargli Monsignor Mario Maffei con la berretta Cardinalizia, e sono certo, che sarà da voi letto con molto piacere.

Dilecto filio nostro Ciriaco S. R. E. Card. Roccio

URBANUS PP. VIII.

Dilecte fili noster salut. &c. Virtutes tuas, quas ante quadriennium amplissimæ, sed tamen occultæ dignitatis præmio decoravimus, nunc magno, ut speramus, Ecclesiæ bono publici honoris obsequio co-

O 2 len-

lendas exposuimus. Qua in re tametsi laboribus tuis Sedis Apostolicæ causa susceptis mercedem tribuere propositum habuimus, in id tamen potissimum intendimus, ut Deo atque Ecclesiæ ob tam insigne beneficium devinctus ad graviora, si occasio se se daret, pro eadem alacriter subeunda paratus esses. Purpuræ enim, quam gestas, splendor non tam eximius est, qood Cardinales Regibus æquales facit, quam quod publica quædam, eaque illma voluntatis ad sanguinem pro Christo atque Ecclesia profundendum dicatæ professio est. Nos sane de tua pietate, ac religione semper speravimus si in illustri loco collocaretur, magno cœteris ad vitam optime instituendam adjumento fore. Id si per te præstabitur erit cur omnes boni de collata in te Cardinalatus dignitate nobis jugiter gratulentur. Dilectus filius Abbas Marius Maffejus Basilicæ Principis Apostolorum Canonicus & Cubicularius noster, quem isthuc ad te mittimus sua virtute, ac nobilitate satis tibi commendatus esse debet. Eum sic excipies quemadmodum excipi æquum est, qui & tibi, & a nobis maximæ dignitatis ornamenta defert. Apostolicam benedictionem tibi peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Petrum die 13. Januar. 1634. Pontif. nostri Anno XI.

Per volere del Papa restò Ciriaco ancora sei mesi presso Cesare. Ritornato in Italia governò Ferrara (l'Arisi dice Urbino) con molto applauso alcuni anni in qualità di Legato. Visse poi in Roma sino alla morte, dalla quale fu rapito, come ho detto col Moreri, il dì 25. Settembre 1651.

Ci sono di questo Cardinale alcuni manoscritti presso gli eredi, e contengono, come attesta il sudetto Mandosio, la *Relazione di ciò che seguì nella sua Nunziatura agli Svizzeri*; il *Ragguaglio dell'operato mentre fù Nunzio in Germania. e varie lettere di ragguagli, e di negozj rilevanti*. Lo stesso Mandosio gli fà questo elogio. *Vixit ingenio clarus non minus doctrina, quam prudentia conspicuus, ac mira in scribendo amœnitate commendandus*. Passiamo ad altri.

Nella

Nella piccola stampa che ho unito al ritratto del Card. Rocci, è indicata con i medesimi contorni la mano di una figura che tiene una cartella, e che è vicina alla sedia gestatoria di Giulio II. nella pittura detta l' *Eliodoro*, la più grandiosa tra le opere di Raffaelle nelle celebri stanze del Palazzo Vaticano. Tutti i libri che descrivono le cose singolari di Roma, e specialmente di quel grande palazzo, riferiscono le parole che si leggono in quella cartella, e tutti ci fanno sapere, che tale personaggio era il Segretario de' Memoriali di quel Papa. Io amerei che ciò fosse vero, ma non posso onestamente confermare questa tradizione, che passa in tanti scrittori topografici, i quali non cercano più là. Anzi vi debbo dire, che il Segretario de' Memoriali in quel tempo era Giano Coricio, il quale come si ha dalla prefazione del libro intitolata *Coryciana* di Blosio Palladio, fu Segretario di Clemente VII., e di cinque altri Papi anteriori a Clemente stesso. Chi era dunque Gio Pietro Fogliata? Era di una casa certamente illustre, e che nel secolo XIV. diede alla patria due tra gli altri insigni uomini, Uberto cioè celebre, ed acclamatissimo Professore di leggi in Bologna, e Perugia, di cui fu scolaro il Bartolo, come dice in un epigramma il nostro Giangiacomo Turresino; e Donnino Fogliata Oratore di Cremona presso Carlo IV. Imperatore, che lo fece Conte Palatino, e Consigliere di stato. Nel 1471. fioriva Pietro Fogliata illustre letterato, e Poeta nella Corte di Ercole Duca di Ferrara, di cui era Segretario. Di questo probabilmente o figlio, o nipote era il nostro Gio Pietro, che senz' andare lungi dal vero, possiamo dire che era un Prelato della Corte di Giulio II. amico di Raffaelle, che ha voluto, che il nome di lui (e la figura n' è senza dubbio il ritratto, che Raffaelle ha fatto di molti altri suoi amici, e valentuomini) avesse la sorte uguale a quella delle sue Pitture. E' poco però se altro non si sa di lui. Gli uomini si rendono immortali con le azioni, o con le lettere, e gli onori stessi passano come fumo ed ombra, se non hanno per compagne o le une, o le altre.

La

La iscrizione, che seguita, era incisa, come si vede, nella base, o zoccolo, o piedestallo di due statue di marmo pario grandi al naturale, rappresentanti Gesù Cristo in piedi, e S. Pietro in ginocchio con le chiavi nella mano destra, e allusive al *tu es Petrus*, o al *pasce oves meas*, le quali statue furono erette nella Chiesa di S. Agostino in Roma dal nostro Coriolano Cataneo, al che si riferisce quel DICARVNT della iscrizione con la Messa cotidiana perpetua &c.

Trascrivo qui la medesima iscrizione, affinchè ognuno possa riflettervi agiatamente:

CORIOLANVS CATANEVS CREMONENSIS ET
GREGORIA FRICIANTA ROMANA CONIVGES
IN CHRISTI DILECTIONE PARI VOTO VIVEN
DO DICARVNT. DOTE CONSTITVTA VASIS
SACRIS VESTIBVS ORNAMENTISQVE AD DIVI
NVM CVLTVM ATTRIBVTIS VT SINGVLIS DIE
BVS IN PERPETVVM SALVTARIS
HOSTIA OFFERATVR
AN A DIE NATALI XPI M DLXIX KL AVG.

Sino alla nuova interna struttura di quella Chiesa, terminata nel 1760., questo gruppo di statue era poco alto da terra situato all' *imoscapo* di una colonna, o pilastro della nave maggiore. Simile a questo, ma di scultura assai più pregevole (di Andrea Sansovino) era alla colonna opposta un altro gruppo rappresentante S. Anna a sedere, e la B. V. fanciulla in piedi con iscrizione scolpita parimente nella base del medesimo. (*)

L'ar-

(*) Quella eccellente opera di scultura ordinata da Giano Coricio sotto il Pontificato di Leone X. è stata celebrata con un grande numero di versi latini fatti da valenti poeti de' quali abbondava quella età, tutti amici del sudetto Coricio. Furono poco appresso stampati nobilmente in un libro in 4., che è divenuto rarissimo. Oltre i versi del Vida, che i Sig. Volpi hanno dato di nuovo in luce nella edizione Cominiana delle di lui opere, ce ne sono alcuni di un altro Cremonese, che io riporterò qui, essendo i soli versi a me noti di questo nostro poeta.

Jo: Jacobus Capellus Cremonen.

Laudes dicere marmoris beati,
Et doctam artificis manum venusti,
Quae vivos potuit referre vultus;
Non unus Corycii fat est poeta.
Gratae munera liberalitatis,
Et vestes simul, annuisque factis

Gran-

L' architettura della nuova Chiesa non sopportava, che esistessero in tal luogo quelle sculture : onde fu ottimamente pensato di formarne due Altari, come si vede presentemente eseguito. Sussiste tutt'ora la iscrizione antica sotto le statue di S. Anna e della B. V. ma l' altro gruppo di Gesù Cristo in piedi, e di S. Pietro essendo e maggiore altezza di quello che esigere potesse l' architettura della Cappella, e dell' Altare, fu staccata dal medesimo la base con la iscrizione, e providamente collocata nel muro della stessa Cappella. Eravi ancora quando il chiarissimo P. Abate Galleto Benedettino ordinava la sua insigne raccolta delle iscrizioni Romane nobilmente, e con bellissimo metodo stampata in Roma in trè gran tomi in 4. nel 1760., e notando quelle che stanno sul pavimento, e le altre che sono incastrate nel muro, questa di Coriolano Catanco dice essere *in pariete*. Sono a migliaja i testimonj di tal fatto: ma quello solo che ho addotto vale per tutti, e per sempre. Ora in luogo della iscriziona di Coriolano se ne vede un' altra della romana nobilissima famiglia Casali, alla quale per decreto della san. memoria di Clemente XIII. è stata data in juspatronato la stessa Cappella. Io però ho fatto incidere in rame e le statue, e la iscrizione giusta il loro antico stato, affinchè si conservi la memoria della pietà di Coriolano, con è di cui fondi si celebra tutt' ora la Messa nella medesima Cappella.

Di quale famiglia de' Catanei fosse Coriolano, io non posso indovinarlo. Trovo nella storia dall' Arisi, Matteo Cataneo di Castellione poco lungi da Cremona, il quale fu padre di Papirio celebre giureconsulto, Senatore di Milano, e Regio Consigliere, che morì nel 1627. Un altra famiglia Cataneo è indicata dal medesimo, dove fa menzione di Giuseppe Cataneo col titolo di Marchese, che fu Principe della nostr' accademia degli *Animosi*, e morì nel 1691. Finalmente rammemora Gio. Atonio Cataneo di Soncino col titolo di

Grandem quam deleris probare dotem;
Non alter Corytis satis poeta.
Si dici puerum Deumque verum
Natum virgine, virgineque natam
Ex Anna sterili sed & parente
Vis, non est alius satis poeta.
Quod si cuncta simul laboret unus
Hac vates celebrare, si ter unus
Hermes ille opus est & ipse trinus.

In quest'ultimo verso il poeta allude a Ermete, o Mercurio *Trismegisto* cioè tre volte grande.

Idem

Das dotem & statuas qui vivens tempore avvus
Perpetuo y nequeunt hac monumenta mori.
Hac igitur Corytis cum sint notissima, notum
Non est, plus dicam te dare, an accipere?

di Conte, che da Carlo VI. Imperatore l'anno 1724. fu fatto Senatore di Milano. Credo però di potermi ragionevolmente appoggiare al Fiammeni, il quale nella sua storia del sudetto assai considerabile borgo di Castellione fa menzione di Coriolano: il che mi persuade che questi, benchè si dica Cremonese, fosse nativo, o almeno originario di tal luogo.

Dallo stesso Fiammeni abbiamo, che Coriolano Cattaneo era Cameriere segreto, o sia di spada e cappa di Gregorio XIII., e che era onorato, pio, e virtuoso Cavaliere. Riferirò qui le parole dello storico alla pag. 154. *Coriolano Cattaneo per le sue rare virtù fu fatto Cameriere secreto di Papa Gregorio XIII., e Cavaliere .... Morì poi questo onorato Cavaliere in Roma, e fu sepolto in S. Agostino lasciando erede Buoncompagno Cattaneo suo nipote nel 1580. incirca. Fuggiva le donne dicendo con l' Ecclesiastico al 9.* speciem mulieris alienæ multi admirati sunt, & reprobi facti sunt.

D. O. M.
IOANNES FRANCISCUS
E MARCHIONIBUS DE ROTA CREMONEN.
VTR. SIG. REFER. ABBR. PARC. MAIOR. DEC.
DOCTRINA MORIBUS PIETATE
OMNIBUS CARUS
AMICORUM AMANTISSIMUS
ERGA PAUPERES MUNIFICENTISSIMUS
ASTRORUM CONTEMPLATIONE CLARUS
HUIUS ECCLESIÆ PRIMUS CUSTOS
AD ÆTHERA CONVOLAVIT
DIE XXIII. MARTII AN. SAL. M. D. C. C. VI.
ÆTAT. SUÆ ANN. LXIII.

Vedesi questa lapida nella Chiesa di S. Carlo de' Milanesi sul pavimento. La nobile famiglia Rota ha mutato clima, essendo passata già da molti anni a Napoli, clima felice, e ricolmo di doni della natura

tura, e che apre all'industria molte vie per procacciare anche quelli della fortuna. Sono indicati nella stessa iscrizione gl'impieghi, che hanno tenuto occupato in Roma il nostro Monsignor Gian Francesco, che nel 1670. fu fatto Referendario delle due *Segnature*, di *Giustizia*, e di *Grazia*. Nella Cancellaria Apostolica fu *Abbreviatore*, e *Decano del Parco maggiore*, cioè del Collegio dei XII. che seggono nel primo luogo dell'Aula, e ai quali spetta di fare le minute delle lettere Apostoliche giusta le suppliche loro distribuite dal Prelato Reggente della Cancellaria, che tra gli *Abbreviatori* è come il Luogotenente del Cardinale Vicecancelliere; delle quali lettere Apostoliche non se ne spedisce alcuna fino dai tempi di Leone X., se non è sottoscritta da uno dei XII. *Abbreviatori* suddetti.

Fu inoltre *primus custos* della Chiesa di S. Carlo. Questa Chiesa oltre il Cardinale Protettore, ed il *Primicerio* ha due Prelati deputati per l'amministrazione generale di tutto ciò che spetta alla medesima. Il nostro Monsignor Francesco fu di essi il primo, come presentemente è il chiarissimo Monsignor Cristoforo Landi Piacentino Protonotario Apostolico, e Ponente della sacra Consulta, che nomino per attestato di stima, e di venerazione, che ben da tutti riscuote per le rare doti che l'ornano, e lo fanno risplendere.

Monsignor Rota ebbe poi, come si legge nella lapida, le virtù cristiane, e le sociali, fu dotto, e limosiniere, onde nulla gli mancò per essere un degno, e rispettabile Prelato, e di più si distinse nelle scienze astronomiche, le quali non lasciano di essere utili anche alla Chiesa.

Prima che fissasse la sua dimora in Roma questo Prelato era stato Governatore di Faenza nel 1673., poi di Rieti, Fano, Terni, Benevento, Sabina, Norcia &c. Nelle notizie del governo di Sabina stampate in Roma nel 1768. da Cerbidio Afrosidiense P. A. viene riferito sotto l'anno 1677. ma nella nota annessa vi è un errore copiato dal Ciampini de *Abbreviatoris*. cioè, che dopo il governo di Norcia *si ritirò alla patria*.

Oltre lo studio delle matematiche riguardo specialmente all'Astronomia, intorno alla quale ha lasciato, scrive l'Arisi, dei mss. che io poi non so dove sieno nascosti, è stato anche colto, ed egregio Poeta arcade sotto il nome di Astreo Chelidorio. Una prova del di lui va-

 lore

lore in questo genere è il Poema Pastorale *della Note di Benevento*, che indirizzò a Gio Mario Crescimbeni Custode generale d'Arcadia. E qui potrete vedere, che l'iscrizione, che vi mando, non solo non eccede in lodi, ed elogj, ma non dice neppure tutti i meriti del Prelato, onde non è da mettersi nel numero di quelle, delle quali dice il Francese *il est menteur comme une epitaphe*. Leggete l'Arisi stesso to. III. *Crem. Litter. pag.* 146., dove dice di avere inserito l'elogio da lui fatto di Monf. Rota nel to. II. *delle notizie istoriche degli Arcadi*.

Ma voi già direte che è tempo di finirla. Una lettera, è vero, deve avere i suoi limiti. Non avrà però mai fine la mia singolare, e cordialissima stima con cui sono

Roma il primo di Settembre 1774.

Vostro divmo obblmo affmo servitore ed amico
F. Tommaso Agostino Vairani de' Predicatori.



LET-



LETTRE
À D. UBALD SARTI
HIERONYMITE
ABBÉ DE SAINT SIGISMOND À CREMONE.



I vous saviez, mon Reverendissime Pere Abbé, combien mes occupations sont multipliées, vous jugeriez, que l'obéïssance que je vous rens, n'est pas une petite preuve du pouvoir, que vous avez sur moi. Vous exigez en même tems, que je vous ecrive dans une langue, qui m'est d'ailleurs etrangere. Il faudroit l'avoir etudiée plus que je n'ai fait, pour vous donner quelque chose en ce genre. Mais je vous obéis ayant heureusement trouvé des momens de loisir, auxquels je ne m'attendois pas. Je vais donc vous ecrire deux mots touchant l'Epitaphe, que Jules II. composa lui même à l'occasion du monument sepulcral qu'il fit elever au Cardinal Ascagne Marie Sforza dans l'Eglise *de Notre Dame du Peuple*. Je considere ce monument comme appartenant à notre Ville de Cremone. Ce seroit sans doute enrichir les recueils d'estampes en ce genre, que de faire graver cet excellent ouvrage d'André Sansovio fameux sculpteur, mais j'en laisse le soin à quelque autre amateur des beaux arts. Je m'en tiens à la seule inscription, qui vous plaira

 beau-

beaucoup, tant par son elegance, que par sa naïveté, & parcequ' elle en même tems rappelle le souvenir des bienfaits de la maison Sforza à l'egard du Monastere, dont vous étes le Superieur.

D . O . M .

ASCANIO MARIÆ . SF . VICECOMITI FRANCISCI SPORTIAE
INSVBR. DVCIS .F. DIACONO CARD S. R. E. VICECANCELLAR
IN SECVNDIS REB MODERATO IN ADVERSIS SVMMO VIRO
VIX ANN L. MENS: II. D. XXV.
IVLIVS . II. PONT' MAX VIRTVTVM MEMOR HONESTISSIMAR:
CONTENTIONVM OBLITVS SACELLO A FVNDAMENT: ERECTO
POSVIT M . D . V .

François Sforza fils de ce fameux Jaques, ou *Jacomuzzo* (Attendulo) Sforza, qui de simple soldat devint chef d'armée, & s'acquit la reputation d' un de plus grands Capitaines de son siécle, se piqua d'emulation à la gloire de son pere, & il y reussit si heureusement, qu' après avoir épousé Blanche Marie fille naturelle de Philippe Visconti dernier Duc de Milan de cette famille, & eu pour dot la Ville de Cremone, devint lui même, comme tout le monde sait, le Maître de cet état. Il fut le pere de Galeace, qui lui succeda, de Louis surnommé le *Moro*, d' Ascagne Marie, & d' autres.

Ascagne Marie naquit à Cremone. C' est ce qui fait le sujet de cette lettre. Quoique les Princes, & leurs fils ayent pour patrie tout l'état, dont ils sont les Maîtres, & les Peres, il n' est pourtant pas étrange, que les endroits, où ils sont nés par hazard, se fassent une gloire de leur avoir donné le berceau. Or Blanche Marie (c' est l'illustre bienfactrice du Monastére, & de l' Eglise de S. Sigismond) étoit à Cremone pour y fonder deux couvents de Religieuses, (qui subsistent encore) lorsqu' elle accoucha d' Ascagne le 23. Mars 1451.

Personne ne voudra contester un fait, qui ne sauroit être mis en controverse. Je me bornerai à une seule preuve, qui en constatera la verité. C' est une lettre, que les Cremonois écrivirent à ce Cardinal l'an. 1486. au sujet de l'administration de l' Evêché de Cremone, dont il voulut bien se charger en quittant celui de Pavie. Ils disent, que le Saint Pere, & le Duc de Milan euren

ea

en considération, qu' Ascagne le plus illustre des citoyens avoit quelque droit d'occuper le Siége Episcopal de sa patrie, & c' est pourquoi ils voulurent, qu' il en fut le Pasteur, & le Gouverneur, *te Pastorem*, AC PATRIAE TUAE *gubernatorem, ac animarum nostrarum, & hujus Ecclesiæ Administratorem justa sententia pronunciarunt*. Un de nos poete s' exprime de la sorte

Ecce Cremonensi feliciter ortus in orce
ASCANIUS *magno* SFORTIA *patre natus*.

Les evénemens plus considérables de la vie d' Ascagne ont rapport à toutes les histoires de son tems. Il essuya d' abord des perils, & des disgraces du côté de son frere Louis, qui s' étant emparé du gouvernement pendant la minorité du Duc Galeace son Neveu, & ayant quelque soupçon contre lui, le relégua à Ferrare. Ces deux freres se réconcilierent dans la suite, & dorenavant la plus douce, ainsi que la plus tendre amitié ne les quitta jamais. Après le mariage de Jerôme Riario neveu de Sixte IV., à qui l'on donna Catherine soeur naturelle du dit Galeace, ce Pape crea Cardinal Ascagne Marie à l'âge de 27. ans. Il ne lui manqua rien de ce qui pouvoit le rendre un vrai Ministre de Jesus Christ dévoué au salut des ses brebis. L' Eglise de Pesaro fut la premiere qui l'eut pour Pasteur, mais elle ne put pas en jouir fort long tems. Le Pape le fit pour quelques années Legat à Bologne. Il gouverna en suite l' Eglise de Pavie, & celle de Cremone. Enfin Alexandre VI. le fit Vice chancelier de l' Eglise en 1492., & le combla de bienfaits. Un orage en troubla les fruits, qu'on vit pourtant disparoître après que le Cardinal eut passé quelques jours dans le chateau S. Ange. Ce fut en cette occasion qu' il fit paroître autant de grandeur d' ame, qu' il avoit montré de moderation dans les prosperités ; & c' est justement son veritable caractère indiqué dans l' Epitaphe.

Peu de tems après Louis XII. Roi de France envoyé une puissante armée en Italie pour conquerir le Milanez, qu' il pretendoit appartenir à sa couronne. Ascagne Marie y accourut ; mais Louis le *Moro* son frere ne pouvant pas s' opposer aux progrés des François, se retira avec lui. Louis espera en vain des secours de l' Allemagne. Il fit tous ses efforts, & ramassa quelques troupes, dont

la

la plus grande partie étoient 15. m. Suisses, qu'il prit à sa solde, mais il ne revint, que pour être la victime de son ambition. Abandonné par les Suisses, Louis XII. le fit d'abord prisonnier, & l'amena en France où il fut gardé dans le château de Roches tout le reste de sa vie. Afcagne avec les deux enfans de Louis son frere fuyoit ce funeste orage, lorsq'il fut arreté par les Vénitiens. Ceux ci ne purent le refuser aux Francois, qui le tinrent au delà des Alpes jusq'à la mort d'Alexandre VI. On lui permit de venir à Rome au Conclave de l'an 1503. où il mourut le 27. Mai 1505. Plusieur ont loué ce Cardinal, & entr'autres Ange Politien. Le tombeau, que Jule II. même lui dressa avec cette Epitaphe si expressive, fait assez son éloge.

C'est à vous mon Reverendissime Pere, d'achever un portrait, que j'ai à peine ébauché. Quel qu'il soit, je vous ai enrichi d'une epitaphe. Je vous prie de la conserver comme une marque bien foible de mon amitié. Elle sera du moin une preuve quelconque de l'estime, avec la quelle je suis

à Rome ce 14. Septembre 1774.

Vôtre très-humble, & très-obéissant Serviteur
F. Th. Augustin Vairani Dominicain.



ALL'



ALL' ORNATISSIMO CAVALIERE

CONTE CESARE VISCONTI



OI ſiete così gentile Signor Conte Ceſare mio ſtimatiſſimo, e per tante prove che ne ho, di un animo così generoſo, che ſoffrirete di buona voglia, che io venga con queſta lettera a tediarvi: e tanta è la voſtra gentilezza, che ſebbene ſia ſcritta ſenza un grano di ſale, forſe direte di averla letta con qualche piacere, e in ciò vi prevengo, affinchè non compariſca quello che non è ſotto i parziali occhi voſtri. Ho voluto raccogliere prima di Ottobre, meſe degli ozj, alcuni monumenti dei noſtri Cremoneſi, che ho in varie cartucce ſul tavolino, e ſpedirli a codeſta volta, indirizzandoli a voi per darvi un qualche argomento della molta ſtima, in cui tengo la voſtra degniſſima perſona, e dell'amicizia che vi profeſſo, e che mi glorio di fare nota a tutti.

Prima però, che io ſcriva qualche coſa ſu i medeſimi, debbo fare un ſupplemento alla lettera, che ho mandato, non ha gran tempo, al gentiliſſimo Sig. Canonico D. Luigi Albertoni, a cui vi prego

da

di comunicarlo tosto che per voi si potrà. Scrissi al medesimo quello che seppi, e congetturai intorno alla persona di Gio Pietro Fogliata. Ora posso darne alcune più distinte notizie somministratemi da un soggetto di primo rango nella repubblica letteraria, che vuole avere la sofferenza di leggere queste mie filastrocche, ed è il Padre Abate Gian Luigi Mingarelli Procuratore Generale in Roma della sua illustre Congregazione detta *Renana* de' Canonici Regolari di S. Salvatore, soggetto noto, e stimato ugualmente per la dottrina, e per la vasta erudizione, che per la sua soavità, ed incomparabile modestia, Gio. Pietro Fogliata era, come ho indicato, nella Corte di Giulio II. l'anno 1512. in cui fu terminata la pittura dell' *Eliodoro*, e che fu l'ultimo di quel Pontefice. Salito essendo sul trono della Chiesa nel seguente anno 1513. il gran Leone X. proseguì Gio Pietro il servigio della Corte, e nacque occasione, onde fosse tramandata ai posteri notizia di lui con le circostanze de' suoi impieghi, e persino de' beni ecclesiastici che possedeva. Un certo Priore di Santo Antonio di Venezia aveva in quel tempo suscitati motivi di civile contesa contro il Superiore Generale della prefata Congregazione *Renana*, e contro il nostro Fogliata, a cagione della *Precettoria* di S. Antonio de' *Porcelletti* di Padova nel borgo di porta Savarola, che il medesimo Fogliata ceduto avea poco anzi a quella Congregazione. Il Pontefice Leone fatto consapevole di questa lite, e considerato maturamente lo stato delle cose, approvò tale cessione con lettere Apostoliche de' 19. Settembre 1513., e di più dichiarando come vacante la suddetta *Precettoria, tum certo modo vacet ad præsens*, la unì in perpetuo ai beni della stessa Congregazione, la quale d'allora pagò ogn'anno al Fogliata 180, fiorini d'oro sino all'anno 1533. in cui morì. Ora in quelle lettere Apostoliche Leone chiama il Fogliata *dilectum filium Magistrum Jo. Petrum de Foliatis Clericum Cremonensem literarum Apostolicarum Abbreviatorem, ac Notarium, & Familiarem nostrum*. Era dunque il Fogliata, come ho scritto, Prelato (*Magister*) nella Corte di Giulio II. e di Leone X. Pontefici d'immortale memoria, e probabilmente avrà tenuto i medesimi impieghi sotto Adriano VI. e Clemente VII. Passiamo a vedere altri monumenti.

D.O.M

D. O. M
PAVLO ALLIO DVLCIO NOB. CREMON
QVI MONASTERIO HVIC CVRA
ET CONSILIO VIVENS
AT MORIENS BENEFICIIS
PRÆSENS FVIT
VOLVITQVE HIC TVMVLARI
NE TOTVS AB IPSO DISCEDERET
CVM EXCESSIT E VIVIS
DIE SEXTA APRILIS
AN. SAL. M DC LXXX.
ÆTATIS SVÆ LXIII.
MONIALES GRATI ANIMI MON. POS.

Questa iscrizione è incisa nella lapida, che chiude il sepolcro di Paolo Allio Dolce nobile nostro compatriota nella Chiesa delle Monache di S. Marta. Alla insegna gentilizia ivi scolpita è sovraposto il cappello, il che denota esser egli stato almeno Protonotario Apostolico. Non trovo di lui altre memorie fuori di quelle, che hanno esattamente conservato le religiose del suddetto Monastero, le quali mi fanno sovvenire, e detestare la trascuraggine di tanti su questo punto, che privano la posterità anche delle più gravi talvolta, e più interessanti notizie. Era il nostro Paolo sacerdote, ed un ecclesiastico di molta probità, e prudenza. Le Monache suddette lo ebbero nella Congregazione deputata per gli affari del loro Monastero, di cui fu in appresso dichiarato visitatore dalla Congregazione stessa. Essendo egli accettissimo a quelle religiose per la sua sollecitudine, e per la sua integrità, ottenne dalle medesime in tempo della pericolosa malattia, da cui fu assalito il dì 23. Marzo 1680., di essere, morendo, sepolto nella loro Chiesa. Il male fu di *pleurisia*, e morì il dì 6. di Aprile munito di tutti i santissimi Sagramenti, ed ebbe la sepoltura che desiderò, e di più la iscrizione, che ho riferito.

D. O. M.
PETRVS MARTIR NERIVS F.
CHRISTOPHORI PICTOR CREMONEN.
DEO GRATVS HOMINIBVS CHARVS
PER XX. ANNOS MANTVÆ DVCIBVS
SERVITIO LAVDABILITER PRÆSTITO
ROMAM TRANSLATVS
IBIQVE BIS PICTORUM ACCADEMIÆ
MERITO PRINCEPS
DIEM CLAVSIT EXTREMVM
XI. NOVEMBRIS M.D.C.LXI
ÆTATIS SVÆ AN. LX.
ISABELLA MORONA MEDIOLANEN.
MARITO DVLCISSIMO IN SACELLO A SE ERECTO
NON SINE LACRIMIS P.
AN. DOM. M.IↃ.C.LXXVIII.

Di un pittore, che è stato parecchi anni in Roma, e di più Principe dell'Accademia del Disegno, debbo dirvi con ammirazione, che non ho potuto finora rinvenire alcun quadro, o grande, o piccolo, onde avere la soddisfazione di osservare la di lui maniera. Appena è indicato nell'Abbecedario Pittorico, ne di lui parla in alcun modo la fama. La iscrizione, che ho riferito, si legge in una lapida ornata di sculture nella Chiesa del Suffragio.

Nelle *notizie istoriche de' pittori, scultori, ed architetti Cremonesi, opera postuma di Giambattista Zaist* stampata di fresco in Cremona, leggo che il Neri *ebbe sua fioritura nel fine del secolo sestodecimo, o sull' incominciamento del seguente decimosettimo, e credesi essere stato scolaro del Cavalier Malosso* (Gio. Battista Trotti) celebre pittore Cremonese, e veggo a tal fine notato nel margine l'anno 1590., in cui il Malosso fioriva. Non era nota la lapida sepolcrale del Neri nè all' autore, nè all'editore della suddetta opera: ma però potevano dubitare di tale arbitraria cronologia, avendo scritto, e stampato nel medesimo luogo, che il Neri tra i molti ritratti fece quello del Cardinale Pietro Vidoni, che fu

crea-

creato da Alesſandro VII. nel 1660., coſa difficile da combinarſi, ſe il Neri aveſſe avuto *ſua fioritura* ſul principio del ſecolo XVII.

Abbiamo nelle dette notizie, che il Neri era valente nel fare ritratti; che un di lui quadro grande eſiſte nello ſpedale di Cremona, *che rappreſenta Gesù Criſto in atto d' illuminare il cieco nato, con molte figure, da cui viene iſtoriato, che ſon grandi come il naturale*. e finalmente, che ebbe una maniera aſſai più forte, e macchiata del Maloſſo ſuo creduto maeſtro.

Che che ſia del Neri, i Cremoneſi hanno queſto vanto di non cedere ad alcuna città di tutta la Lombardia o per numero, o per eccellenza di Pittori. Le prove ſono pubbliche, e ne fanno teſtimonianza i foreſtieri, che ammirano in Cremona Chieſe intiere egregiamente dipinte. Antonio, Giulio, e Bernardino Campi (dei quali il primo fu anche valente architetto, e ſcrittore delle *Croniche di Cremona*, creato Cavaliere da Gregorio XIII. *per i ſervigj preſtati alle fabbriche di Roma*, come leggo nel ſuddetto Abbecedario, *e molto onorato da Filippo II. Re delle Spagne*), la nobile, e celebre Sofoniſba Anguſciola, Panfilo Nuvolone, e due figli Carlo Franceſco, e Giuſeppe dal nome del padre chiamati *Panfili*, Gio Battiſta Trotti, detto il Cavalier *Maloſſo*, nome impoſtogli da Agoſtino Carracci mentre con lui dipingeva nella corte di Parma, Bernardino Gatti detto il *Sojaro* ſcolaro del Correggio, Camillo Boccaccino, Franceſco, e Vincenzo Peſenti, ed altri ſono Cremoneſi, e primarj pittori della ſcuola Lombarda riſorta con tanta gloria circa l'età del Mantegna. Il Vaſari, che forſe non era amico, e giudice retto di quella ſcuola, tralaſciò di parlare di tanti inſigni maeſtri dell'arte. Sembrando queſto ſilenzio ingiurioſo alla patria, ſcriſſe Aleſſandro Lamo, e ſtampò nel 1584. un *diſcorſo intorno alla ſcultura, e pittura*, dove ragiona di varj pittori Cremoneſi, e ſpecialmente di Bernardion Campi maeſtro della ſuddetta Sofoniſba, e deſcrive le di lui opere, e con autentici documenti dimoſtra in quanto pregio e Principi, e Monarchi teneſſero sì egregio pittore. Cremona inoltre ha dato origine a i Caracci (ſi ſa per tradizione il luogo dove abitava queſta famiglia, ora detto *prato del Veſcovo*; e ſu di ciò ha ſcritto diffuſamente l'autore delle prefate notizie iſtoriche to.2. pag 6.) ad Angelo Maſſerotti, a Carlo Natali, a Donato Creti, a Franceſco Baſſi *il Cremoneſe dei paeſi*, e ad alcuni altri

Q 2 più

più recenti pittori, sebbene i Caracci sieno di nascita Bolognesi, il che io accordo di buon grado al Malvasia, e gli altri poco abbiano costì operato. Ognuno sà, che nella Lombardia già da molto tempo sono decadute le belle arti, ne i poco anzi nominati pittori avrebbero potuto avere nella patria quella educazione, che trapiantati per dir così nella loro più tenera età hanno trovato sotto altro cielo. Sieno però grazie all'Augustissima Imperatrice, e Regina nostra Clementissima Sovrana, che con reale munificenza ha dato i più opportuni provvedimenti per farle risorgere, ed eccitare la gioventù Lombarda a coltivarle, col fondare in Mantova un'Accademia del Disegno, onorandone con la carica di Direttore un Pittore Cremonese, che è il Sig. Giuseppe Bottani chiamato colà da Roma, dove con lo studio, e con l'opera ha appreso felicemente la castigatezza del disegno unita a una singolare morbidezza, e soavità di colorito. Ho scritto queste poche righe intorno ai nostri pittori, avendomene risvegliata l'idea il Neri, di cui non ho potuto fare molte parole. Di tutte le nostre pitture, che sono esposte al pubblico, ho veduto con piacere il *distinto rapporto &c.*, stampato l'anno, se non erro, 1769. dal Sig. Vincenzo Pani Pittore, ed Architetto, e diviso per comodo dei forestieri in otto giornate.

E' opportuno questo luogo per riferire la iscrizione di un altro egregio coltivatore delle belle arti nostro compatriota, ed è la seguente

D. O. M.
ROCHO CAPELLINO NOBILI
CREMONENSI VIRO INGENIO
ARTE ET OPERE PRÆSTANTISS
CAROLI V. IMP. INVICTISS
MILITI DVCI
ARCHITECTORIQVE EGREGIO
PACIS BELLIQVE TEMPORE ILLI
GRATISSIMO
DVM ROMÆ PLANE SVIS
VTERETVR FACVLTATIBVS
CVM MVLTOS EXANTLAVISSET
LABORES ET ANNVM LXVIII.

MENS.

MENS. V. DIES XXVI.
TRANSISSET
MORITVR
ANNO SAL. MDLXXVIIII.
DIE XXVII. OCTOBRIS
IOANNES BAPISTA CAPELLINVS
NEPOS MŒSTISSIMVS
PATRVO CLARISS. ET BEN. M.
POSVIT

E' questa lapida nella Chiesa di S. Maria del Popolo. Non trovando io altre notizie di questo valente ingegnere, mi contento, e contentatevi per ora anche voi di quelle, che ci somministra la iscrizione. Il nostro celebre annalista Lodovico Cavitelli, che arrivò fino all' anno 1583., ne fa menzione all' anno 1579. con queste parole: *Et Rochus de Capellinis egregius architectus Cremonensis Romæ obiit die 27. Julii* (la lapida dice 27. Octobris). Dirò in questa occasione, che Carlo V. condusse in Ispagna un altro Architetto Cremonese chiamato Gianello Torriano, il quale fu in grande credito anche presso Filippo II., e di cui si leggono molte cose nelle prefate notizie istoriche de' nostri pittori, scultori, ed architetti.

D. O. M.
MATTHÆVS BOSELLVS CREMONENSIS
VITÆ ET VIRTVTIS INVICTÆ
NE MORTI INVITO (sic) SVCCVMBERET
INCVBVIT VT VINCERET MORTEM
CVI VLTRO SE OFFERENS
SIBI SVISQ. HOC CONDITORIVM PRÆSIGNAVIT
SED DVRATVRVS IN ÆVVM
HOC DVRVM SAXVM SVI PRÆCONEM NOMINIS
EREXIT IN TITVLVM PIETATIS
ET ANIMÆ CONSECRATVRVS SVFFRAGIVM
SACRVM PER SINGVLAS HEBDOMADAS
HÆREDITARIVM RELIQVIT PROPRIO ÆRE

Que-

Questa lapida che vedesi sul pavimento della Chiesa di Gesù, e Maria nella strada del Corso, è senza indicazione di tempo, ma i concetti, e lo stile ce lo manifestano abbastanza. Essendovi il legato della Messa sono venuto facilmente in cognizione dell' anno, e del giorno in cui fu stipulato l' istromento (e probabilmente posta la lapida) il dì 2. cioè di Dicembre 1657. per mano del Petruccioli N. A. C. le quali sigle significano Notajo di Monsignor Auditore generale della Camera a Monte Citorio. Non abbiamo bisogno di cercare le virtù dell' invitto nostro Matteo fuori della lapida, che ne dice abbastanza. La insegna gentilizia incisavi è un bue sopra uno scoglio. Della di lui famiglia trovo che viveva nel medesimo tempo, e fioriva nella patria un canonico della Cattedrale per nome Pier Antonio Boselli, il quale fu Teologo non ordinario, e stampò alcune opere, e ne lasciò in gran numero delle mss. delle quali l'Arisi ci dà un catalogo distinto, e dice, che si conservano nella libreria di S. Abondio, casa de' Chierici regolari Teatini.

D. O. M.
SFORTIÆ LVCATELLI CREMONENSIS
FRIGIDOS CINERES
ALEXANDER LANCIA ROMANVS
OCTVAGENARII AMICVS
ANTIQVISSIMVS
PIO HOC TVMVLO PRO (ae) CORDE
FOVENDOS CVRAVIT
A. SAL. M. DC. XXXIX.

Nella suddetta Chiesa di Gesù, e Maria si legge sul pavimento quest'altra iscrizione del medesimo gusto con la insegna gentilizia di una nottola. L' amicizia ha conservato memoria del nostro Sforza, e possiamo dire che era di quella, che rare volte s' incontra, cioè antica, costante, sincera. Il Lancia ha lasciato nel tempo stesso un monumento di sua lode, avendo voluto sin dopo la morte dell' amico dare sì bella testimonianza della sua affezione verso il medesimo, senza alcun titolo d' interesse, o di parentela, ma per solo legame di vera, e di stretta amicizia.

D.O.M.

D. O. M.
CÆSAR RODIANVS
CREMONEN. ORNAVIT
ET DOTAVIT
PRO SE ET SVIS
AN. D. M.DC.X.

Questo nostro Cesare si è distinto con opere sacre pel culto di Dio nella Chiesa di S. Giacomo degl' Incurabili. Ciò che nella iscrizione si accenna aver egli ornato, è una Cappella di ottima architettura con cuppola, nicchie, stucchi, fregi, ed altri simili ben disposti ornamenti. L' altare è parimente di buon disegno, e il quadro, che rappresenta il battesimo di Gesù Cristo, è opera di Domenico Passignani Fiorentino egregio allievo di Federico Zuccaro. La lapida sepolcrale di Rodiano è nella medesima Cappella sul pavimento. Ha poi voluto, che in questo sacro luogo da lui ornato, fosse anche dopo la di lui morte, per quanto egli poteva, promosso il culto di Dio anche per bene dell' anima sua. Tutto fu stabilito, e specificato in uno istromento pubblico rogato da Piermartire Trucca il dì 17. Marzo 1609. In esso si legge, che i signori amministratori, o deputati dello Spedale di S. Giacomo conferiscono a Cesare Rodiani il jus-patronato della detta Cappella, e che Cesare dal canto suo assegna per dote della medesima mille scudi romani da pagarsi a i Deputati dopo la sua morte con la condizione che debbano far celebrare solenne sacrifizio nella stessa cappella ogni anno nel giorno della sua morte, e una messa nei trè giorni di lunedì, mercoledì, e venerdì perpetuamente.

Passò Cesare agli eterni riposi il dì 6. Luglio 1617., e lasciò suo erede universale Giacomo Antonio Rodiani suo nipote, il quale pagò con puntualità i sudetti mille scudi per istromento rogato da Tranquillo Pizzuti sotto il dì 17. Agosto del detto anno. Nel suo testamento Cesare ordina, che finita ogni linea discendente da Giacomo Antonio, sia la sua eredità divisa ugualmente in due parti amministrata dalli deputati dello Spedale di S. Giacomo, e dalla Confraternita

sotto

sotto il titolo dell'Annunziazione di M. V., e che giusta i frutti della medesima siano dotate delle zitelle chiamate da Dio al Chiostro con la somma di cento scudi.

D. O. M. Q. V.
FRANCISCO . PORTO . CREMONENSI
QVI . SCVTA . MILLE . INVESTIENDA . CVM ONERE
CELEBRANDI SINGVLIS ANNIS IN PERPETVVM
MISSAS . CENTVM IN . ALTARI PRIVILEGIATO
HVIVS ECCLESIÆ . LEGAVIT . EX . TESTAMENTO
PER . BERNARDINVM FVSCVM . A . C . NOTARIVM
DIE . III . AVGVSTI . M D CX ROGATO
FRATRES . HVIVS . CŒNOBII . POSS.
MDCXII.

FRANCISCO PORTO CREMONEN.
QVI SCVTA MILLE . INVESTIEN.
CVM ONERE CELEBRANDI
SINGVLIS ANNIS IN PERPETVVM
MISSAS CENTVM AD ALTARE
PRIVILEGIATVM HVIVS ECCLESIÆ
LEGAVIT EX TESTAMENTO
PER BERNARDINVM FVSCVM . N A. C.
DIE . III AVGVSTI . M DC X.
CANONICI REG LATER HVIVS ECCLESIÆ
BENEFACTORI . BENEMERITO . POSVERVNT

FRANCISCVS PORTVS CREMONENSIS
RELIQVIT HVIC ECCLESIÆ
SCVTA MILLE MONETÆ
CVM ONERE CELEBRANDI CENTVM MISSAS
IN ALTARI PRIVILEG PRO SE SVISQ
PER ACTA BERNARDINI FVSCI NOT. A. C.
DIE III. AVGVSTI MDCX.

Meritano onorato luogo tra le nostre iscrizioni queste tre, le quali conservano memoria di un uomo, che giusta il poter suo si è segnalato nel culto di Dio, e si è mostrato pieno di vera fiducia nell'augustissimo Sacrificio dell'Altare. La prima è nella sagrestia dei PP. Agostiniani di S. Maria del Popolo, la seconda in quella de' Canonici Rego-

golari Lateranesi a S. Maria della Pace, e la terza nella Chiesa di S. Maria a Monti. Le due sigle Q. V. nel titolo della prima vorranno significare *quod vouerat*.

Ho letto il di lui testamento con il codicillo, e ho trovato, che lasciò un altro simile legato alla Basilica di S. Maria Maggiore, di cui non esiste memoria lapidaria. Di più ordinò che della sua eredità fossero dati 300. scudi ai PP. Cappuccini di Roma, e 200. ne assegnò da impiegarsi in sussidio delle povere, e disperse fanciulle. In tal modo ha disposto di tutte le sue sostanze. Cresce dunque la lode ben dovuta al di lui zelo, e alla di lui carità, e Religione.

Quale impiego avesse in Roma Francesco Porto non è accennato nel testamento, in cui non comparisce neppure Cremonese, ma è detto *fil. Stephani de Marcaria* (borgo del Mantovano) *diæcesis Cremonen.* Non doveva io però omettere le iscrizioni, essendo egli chiamato nelle medesime espressamente Cremonese.

D O M
ANDREÆ GARIBOLDO
MERCATORI CREMONENSI
DEFVNCTO AN MDCVIII
VIII AVGVSTI ÆTATIS VERO
SVÆ AN LXVIV (sic) MEN X D II
QVI IN HAC ECCL PRIOR
DOCTR XPIANÆ PER
MVLTOS AN SVCCVR PAVPERVM
SE PIE EXERCVIT
CATHARINA MECHLEN EIVS VXOR
NICOLAVS ET HORTENSIVS
DE GARIBOLDIS
EIVS NEPOTES ET HÆREDES
NON MVLTIS SINE LACRYMIS
POSVER

OMNIA MORS SOLVIT SVNT OMNIA
TERREA MORTIS
MORTALIS VIVO VIVERE DISCE DEO

Nella Basilica di S. Lorenzo in *Damaso* riposano le ossa di questo negoziante Cremonese, che si è meritato una iscrizione per la sua

pietà, e per la sua onestà, e moderazione nel traffico. Ha forse egli stesso nella sua arma gentilizia, incisa sulla lapida, posto il bel motto, che vi si legge, *moderata durant*. Questa moderazione, che mette *confine agli umani desiderj*, costituisce in gran parte, e mantiene la felicità della vita temporale, e la tranquillità della Repubblica, che nasce da quella de' membri, che la compongono. Ma chi l'intende? Del pari si duole chi è in umile stato, e chi occupa nel mondo sublime luogo: onde per appagare le umane sregolate brame ci vorrebbe nulla meno del mondo intero; giacchè non si crederebbe abbastanza felice chi ne avesse con altri diviso l'impero, non tanto geloso della propria felicità, quanto dell' altrui invidioso. Non è l'affluenza dei beni, che possa render pago, e tranquillo il cuore dell'uomo, ma bensì il freno, che deve porre la ragione agli appetiti. Non voglio però qui fare il morale.

DEO TRINO . VNI

ROGERIVS . GALLERATVS . CREMON . AROMATARIVS . VT IN PERPETVVM PRO EIVS ANIMA . ET . FELICIS SVÆ VXORIS . CELEBRENTVR . TRES MISSÆ PRO QVALIBET . HEBDOMADA . IN . HAC . ECCLES . ET . HOSPITALE . S LAVRENTII IN MIRANDA AROMAT . RELIQVIT SCVTA . VIGINTIQVINQVE QVOLIBET ANNO DE SEMESTRI IN SEMESTRE . ANTICIPATI (sic) SVPER . VNAM DOMVM . IPSIVS TESTATORIS SITAM IN PLATEA MADAME . CVM PACTO . QVOD SVI . HÆREDES . POSSINT . ET VALEANT . ILLAM REDIMERE . QVOTIESCVMQVE SOLVERINT SCVTA . QVINGENTA ETIAM . PRO . RATA SCVTA . CENTVM . SINGVLO . ANNO INVESTIENDO . TAMEN DICTAS PECVNIAS . IN . TOT BONIS STABILIBVS CENSIBVS VEL . LOCIS MONTIVM . NON VACABILIBVS PROVT MELIVS . VIDEBITVR CVSTODIBVS ET OFFICIALIBVS IPSIVS ECCLESIÆ ONERANDO IPSORVM . ANIMAS . PRO . OBSERVATIONE SVÆ . VOLVNTATIS VT . EX TESTAMENTO ROGATO PER . D TRANQVILLIVM SCOLOTIVM . NOTARIVM . CAPITOLINVM . SVB . DIE . XXIX. IVLII

ANN. D. MDCXIII.

La Chiesa di S. Lorenzo in *Miranda*, nella quale Rogerio Gallerati pose questa lapida, era un Tempio dell' antica Roma dedicato all'

all'Imperatore Antonino il *Pio*, e a Faustina di lui consorte. Dieci nobilissime colonne che formavano il portico del Tempio esistono ancora, e sostengono l'architrave, e la cornice, e vi si legge D. ANTONINO ET D. FAUSTINÆ EX S. C. Fu detta Chiesa conceduta da Martino V. al Collegio degli speziali, ed ebbe l'aggiunto in *Miranda* per le maravigliose vicine antichità del Foro Romano. Sussiste tuttavia il Leguro di Rogerio, che è quanto posso dire sulla di lui iscrizione.

D. O. M.
HERCULI EX ANTIQUA
CACETA CREMONENSI
FAMILIA FED. CARDINALIS
CÆSII PARAFRENARIO
CHARISS. LUDOVICUS
FALLIOPPIUS MUTINEN.
ALUMNO B. M. P. die XXIII.
NOVEMBRIS
MDLII.
VIXIT ANNOS XXIX. MENSES XI.
DIEM UNUM ET HORAS TRES

Con questa iscrizione che è nella Chiesa di S. Maria in Campo santo finisco Signor Conte Cesare gentilissimo di tediarvi. Ve l'ho detto da principio, che non dovevate lusingarvi di trarre piacere da queste mie debolezze, quando non vi abbia poi tenuto in bonaccia il riflesso che sono cose spettanti alla Patria. Questo medesimo riflesso fa superare alle mie lettere la ripugnanza, che hanno di comparire al pubblico, essendo senz'alcun ornamento, che attrarre vaglia lo sguardo delle persone di buon gusto. Solo non ha eccezione l'infinita stima, che vi professo, e che mi sarà sempre essere

Roma 29. Settembre 1774.

Vostro divoto obblicato affettu servidore
F. Tommaso Agostino Vairani de' Predicatori.





ALL' ORNATISSIMO CAVALIERE

MARCHESE GIULIO CESARE VAINI



' gioconda cosa il riandare col pensiero, o rammentare colla storia i fatti della patria, e molto più il produrre le inedite memorie dei cittadini che la illustrarono. Molti, e gloriosi monumenti hanno in Roma i Cremonesi, che io vado con piacere pubblicando a poco a poco: ma ci vorrebbe invero altra penna, che la mia, per riuscirvi con soddisfazione di chi ama gettare lo sguardo su i medesimi, e non può sfuggire queste mie ineleganti pagine. Ora sono via più nel caso di avermene a dolere meco stesso, volendo per un attestato di stima indirizzare a voi, Signor Marchese stimatissimo, la presente lettera con alcune iscrizioni, che ho avuto l' opportunità di mettere insieme in questi primi giorni di Novembre. Voi siete di ottimo gusto in ogni genere di lettere, e ne avete dato molte illustri prove anche con la stampa, onde io vi prego a non voler essere giudice severo di queste cose mie, ma solamente lettore, ed anche indulgente. Comandate che tale sia ancora il vostro Marchese Giulio, che avete avuto ragione di toglierci, essendo ora unico vostro figlio. ma se ciò non era, nessuno ve l' avrebbe perdonata, perchè erasi già incamminato negli studj così bene, ed insinuato così negli animi Romani per le sue amabili doti, che nulla mancava per predirgli ogni prospero, e felice avve-

venimento. Monsignor Gio Francesco vostro degnissimo Fratello anch' egli soffre ora di star solo, affinchè abbia tutta la casa rivolto lo sguardo a chi ne ha da essere il ben fondato sostegno. Il cielo accresca le vostre benedizioni.

Venghiamo ora ad alcune iscrizioni, che ho messo insieme nei giorni passati a fine di mandarvele illustrate in qualche modo; e la prima sia quella che fu incisa in una gran lapida sul pavimento della Basilica di S. Lorenzo *in Damaso* per conservare la memoria di Monsignore Sommi.

D . O . M
DOMINICO DE SVMO
CREMONENSI CIVI RO.
CANONICO ECCLESIÆ
DIVI LAVRENTII IN DAMASO
ET EPISCOPO BISINIANENSI
ANDREAS BEVENTANVS DE
SVMO ET PACIFICVS ARDITVS
HÆREDES AVVNCVLO ET
BENEFACTORI SVO POSVER.
VIXIT ANN. LXIX. MENSES III
DIES XVIII
OBIIT ANNO SAL. M D LVIII
NONO CAL. IANVAR.

Chi copiò questa iscrizione per l'Ughelli ci vedeva poco, leggendosi la prima riga così nell' *Italia sacra* del medesimo, DOMINICO DE SVMMO CREMONENSIS CIVITATIS. Poche notizie io trovo di questo Vescovo, e ne ho in abbondanza della di lui nobilissima famiglia, che fino nell' VIII. secolo diede un Vescovo a Bressanone, o Brixen, un altro a Palermo nel X., e due alla patria nel XIII., e inoltre si segnalò in varj tempi nei Magistrati, e nella Corte. Il nostro Monsignor Domenico Sommi, come narra Ambrogio Lucenti presso l'Ughelli Tom. I. col. 523. dell' edizione di Coleti, era in Roma familiare di Paolo III. con alcuni officj di Corte, e Canonico della suddetta insigne Basilica, quando il Cardinal Niccola Gaetani de' Duchi di Sermoneta dalla Chiesa di Bisignano nella Ca-

la-

labria *citra* passò a quella di Capua nella Campagna Felice l'anno 1548. Paolo III. che era pieno di zelo per la disciplina ecclesiastica, conferì la vacante chiesa di Bisignano al nostro Sommi. Senza che alcuno scrittore ce lo dica, abbiamo sufficientissimo fondamento di credere, che tale soggetto fosse secondo il cuore di quel Papa, e che conosciuto avesse in lui le pastorali virtù corrispondenti all'idea della riforma della disciplina, per eseguire la quale aveva già dato le più opportune disposizioni. Governò quella Chiesa felicemente dieci anni. Essendo venuto a Roma, non sò per quale motivo, l'anno 1558., fu rapito dalla morte, e sepolto nella stessa Basilica, in cui per molto tempo aveva dato il debito culto a Dio con i più sublimi uffizj di Religione.



IOANNES DE CAVALCABOBVS NOB.
CREMONEN EX VITALIANÆ MARCHIONIBVS
ORTVS MEMOR MORTIS IN HOC SACELLO
D. ANTONII POST EIVS OBITVM SEPELIRI
,CVRAVIT. CAPPELLANIAM IV. MISSARVM
IN QVALIBET HEBDOMADA INSTITVIT
EAMQVE DOTAVIT ET NOMINATIONEM
SVIS HÆREDIBVS ET POST EOS RMO P. ABB.
HVIVS ECCLÆ PRO TEMPORE DONAVIT
AN. ÆTATIS SVÆ ADHVC VIVENS LXXVIII.
ANN. DOMINI M. D. CLXXXVIII.

La famiglia de' Cavalcabò è delle più antiche, e delle più illustri di Cremona. I nostri storici la fanno discendere da certo Arnolfo di Franconia, che era già in Cremona a' tempi dell'Imperador Corrado il *Salico*, e che dalla vittoria che riportò in una giostra premendo il dorso a un bue, il cognome ebbe poi di Cavalcabò, ed il bue entrò anche nella di lui insegna gentilizia. Che che sia di tale istoria, è certo che la nobiltà di questa famiglia è involta nell'oscurità di rimotissimi tempi. Nel XII. secolo fu celebre in Parigi Clearco Cavalcabò Cremonese accettissimo al Re Filippo II. il *Conquistatore*, a cui dedicò alcune sue opere di Astronomia. Guglielmo Cavalcabò sul prin-

principio del secolo XIV. fu capo de' Guelfi, ed ebbe il dominio di Cremona fino all'anno 1312. in cui finì di vivere combattendo presso Soncino. Il di lui cadavere trasportato a Cremona ebbe sepoltura nella Chiesa di S. Agostino con questa iscrizione riferita dall'Arisi nelle appendici del To. I. *Cremon. Liter.*

GUILELMUS DE CAVALCABOBUS CREMONÆ DOMINUS VITELLIANÆ MARCHIO ARMORUM GLORIA GUELPHORUM PRINCEPS PATRIÆ SUÆ CHARISSIMÆ DEFENSOR QUI PRÆLIANDO SONCINI OBIIT DIE XIV. IUNII MCCCXII. HIC IACET

Estinto Guglielmo, fu Signore della Città di Cremona Giacomo Cavalcabò chiarissimo per i suoi talenti, e per le illustri azioni, che gli acquistarono molta gloria in tempo, che fu Pretore di Brescia, di Parma, e di Milano. Alla medesima grandezza arrivò nel 1404. Ugolino Cavalcabò, che i Cremonesi vollero per loro Signore, e sotto di cui militò tutta la fazione Guelfa della Lombardia. Ciò che io accenno si può vedere diffusamente nel Campi, Cavitelli, ed altri nostri, ed anche esteri scrittori.

Di questa celebre famiglia era Gio Cavalcabò morto ottuagenario in Roma, e sepolto nella Chiesa di S. Maria della Pace de' Canonici Regolari Lateranesi con la iscrizione che ho riferito, la quale per altro non esiste più nella Chiesa, ma è stata trasportata nell'atrio della Sagrestia. Dal suo testamento non si ha indizio, che fosse ammogliato. Due suoi fratelli nel medesimo nominati reggevano la casa in Cremona, ed egli aveva forse eletto di stare per suo piacere, e per sua divozione nella Città santa, e di morirvi. Il testamento che ho indicato fu da lui fatto nel 1684. 11. Decembre. Aggiunse un codicillo ai 16. di Agosto 1687. Finalmente diede un altro codicillo in forma di nuovo testamento il dì 9. di Maggio 1689. (presso Babuzio Not. A. C.) Lasciò nell'ultimo la sua eredità ai figli de' suoi fratelli, in mancanza dei quali istituì erede Antonio Boschini suo nipote. Tra gli altri legati ne ha lasciato due di alcune Messe da celebrarsi per tutto il tempo avvenire, uno alla suddetta Chiesa, di cui fa menzione la lapida, e l'altro così alla Chiesa di Spineta.

E' pre-

E' presentemente degno erede della virtù, e della gloria di questa famiglia il Signor D. Agostino Cavalcabò saggio cavaliere, e di singolare prudenza nel maneggio di pubblici affari, a cui in questa occasione tributo con tutto il piacere questo ben giusto sentimento di stima, e di venerazione.

DESIDERATÆ MEMORIÆ
COMITIS CASTRI NOVI BVCCÆ ABDVÆ
IO. BAPTÆ STANGHÆ CREMONENSIS
LEVIRI IVCVNDISSIMI
QVI CVM PRÆCLARA GENTILIVM MERITA
AC AVITAM CONDITORIS HVIVS SACELLI PIETATEM
COÆQVARE CONTENDERET
IN IPSOMET FLORENTIS ÆTATIS EXORDIO
INTEMPESTIVE DECERPTVS EST
IACOB. FRAN. ARIBERTVS
EX LIBERIS BARON. AC MARCH. MALGRATI
V. S. R. ET CAMERÆ APLICÆ CLERICVS
ANNO POST CHRISTVM NATVM
CIϽ. IϽ. X. L. VIII
MOERENS POSVIT.

Hanno i grandi dalla ridente fortuna questo vantaggio, che sono più facilmente in essi osservate le virtù, quasi direi in loro supposte dal mondo. La stessa grandezza della famiglia è riputata come un argomento di lode, quando vi si aggiunge lo splendore della virtù personale, e finalmente somministra un ben giusto encomio alla nobile gioventù, che non può ancora distinguersi con le proprie azioni, o che è prevenuta da immatura morte. Questo fu il caso del nostro Conte Gio Battista Stanga degno di onorata ricordanza non solo per la gloria del suo casato, ma anche perchè fece concepire le più belle speranze di generosa emulazione. Fioriva già nel secolo xiv. la famiglia Stanga di Cremona illustre per nobiltà, per lettere, e per luminosi impieghi. Cristoforo Stanga, per tacere di molti altri, fu da

Gio Galeazzo Visconti Duca di Milano mandato ambasciadore a due Romani Pontefici, e all'Imperatore Venceslao, indi costituito Luogotenente di tutto il suo Dominio. Un altro Cristoforo con tutta la sua discendenza ebbe dal Duca Gio Galeazzo Maria Sforza la cittadinanza di Milano, Piacenza, Lodi, Pavia, Como, Alessandria, Novara, Tortona, e Parma. Sono degne d'esser lette le parole del diploma de' 28. Maggio 1491. riferito dall' Arisi nel To.I.... *Inter præclaras Urbis nostræ Cremonæ familias domus Stanga præcipua est tum nobilitate & fortunis, tum optimis moribus & animi institutis ... cujus familiæ princeps est nobilis vir Christophorus Stanga, qui quanta modestia, & innocentia, & quibus virtutibus ornatus sit, urbem illam testem gravissimam habere facile licet. Is quatuor habet filios, videlicet Antonium J. V. Doct., præclarum Consiliarium, & in præsentia nostra apud sereniss. D. Regem Ferdinandum Oratorem, alterum Marchisinum Secretarium nostrum prædilectum, tertium Gasparem Illustrissimi D. Ludovici Patrui Camerarium, & quartum Io. Clementem minorem, qui a laudabilibus paternis vestigiis non discedentes, & tres natu majores nostris in rebus versantes, ita menti nostræ cunctis in rebus satisfaciunt, ut ab eis cumulatius nobis satisfieri non possit. Inter eos autem Marchisinum ipsum quanti faciamus ex ea potissimum ratione cognosci potest, quod inter cæteras nostrarum rerum curas ei attributas, totius ditionis nostræ Annonæ eum præfecimus, quo in Magistratu, licet res ingentis momenti .... tamen ea omni diligentia, industria, & studio, præter fidem & integritatem sibi peculiarem, se gessit, & gerit in dies, ut nihil ab eo alterius expetere nobis liceat ....* Dopo alcuni anni Gio. Galeazzo Maria inviò il prefato Marchisino ambasciadore all'Imperador Massimiliano, e ricompensò i di lui gloriosi servigj, come si può vedere dagli altri diplomi presso il medesimo Arisi, il quale però non fa alcuna menzione della Contea di Castelnuovo di *Bocca d'adda*, della quale si vuole, che Marchisino per il primo fosse investito. Questa distinta nobilissima famiglia successivamente fino ai nostri giorni ha dato alla patria valorosi, e benemeriti cittadini.

Il Conte Gio Battista, di cui debbo parlare, non solo ebbe in eredità da' suoi maggiori la gloria d' illustri imprese, ma meritò anche la lode di un animo atto e disposto ad emularle, se non fosse stato immaturamente rapito dalla morte. E' indicata nell' iscrizione la di lui generosa pietà, che come infallibile guida doveva indirizzarlo ad

ad ogni passo. La Cappella, di cui si parla, è nella Chiesa della B.V. detta Traspontina de' Padri Carmelitani, ed è eretta in onore de' SS. Apostoli Pietro, e Paolo. Ai lati dell' altare si conservano due colonne, alle quali è tradizione, che sieno stati legati, e flagellati i suddetti Apostoli, ed è tale flagellazione espressa al vivo nel quadro dell' altare, opera di Gio Battista Ricci di Novara. Il nostro giovane Conte divotissimo di questo sacro luogo aggiunse alla semplice architettura il suddetto quadro, e molti ornamenti di stucchi, e pitture del medesimo Ricci, vedendovisi anche la di lui insegna gentilizia. Non contento di questo volle dare argomento maggiore della sua divozione coll' obbligarsi a far celebrare ogni giorno in perpetuo una Messa al sudetto altare, assegnando la somma conveniente per mantenere il peso di questo legato. La iscrizione è in un pilastro della Cappella sotto l' *imposta* dell' arco. Monsignor Giacomo Francesco Ariberti, di cui avrò occasione di parlare altrove, ha conservato alla posterità la memoria di questo suo degno cognato. Dubito però che non siasi espresso con tutta la chiarezza, che dev' essere il primo pregio di questi monumenti. Io non ho voluto mutare quello, che ne ho scritto, e stampato la prima volta giusta il senso delle parole. Aggiungo ora alcune notizie, che serviranno di norma per non isbagliare nel determinare il soggetto a cui appartiene la riferita iscrizione.

Dall' archivio de i suddetti Padri Carmelitani abbiamo, che il Conte Gio Battista Stanga Cremonese essendo venuto a Roma sul principio del 1599., volle tosto dare un argomento della sua singolare divozione verso i Santi Apostoli Pietro, e Paolo, e a tale oggetto scelse la prefata Cappella nella Chiesa della Traspontina. Questo argomento fu di aggiungervi, come abbiamo detto, alcuni ornamenti, e di assegnare il fondo affinchè fosse ivi celebrata perpetuamente una Messa. L' istromento fu rogato da Marc'Antonio Bruto Notajo sotto il dì 16. Febbrajo 1599. Abbiamo inoltre dallo stesso Archivio, che questo divotissimo Cavaliere passò all' altra vita l' anno 1606. lasciando erede il Conte Camillo suo figlio. Finalmente è da notare, che il Conte Gio Battista Stanga fu uno de i sei Cavalieri, che dalla Città di Cremona furono mandati a Gregorio XIV. nel 1590., i nomi dei quali ho riferito sotto la pagina 84. di questa seconda parte.

Da queste notizie si deduce in primo luogo, che il Conte di

S 2 cui

cui parliamo è il medesimo, che venne Ambasciatore a Gregorio XIV. e che ritornò a Roma nel 1599., dove si trattenne sino alla morte: e di più sono assicurato di così, che ci ebbe la carica di Residente delle due Corti Elettorali di Baviera, e di Colonia. Si deduce in secondo luogo, che non appartiene al medesimo, come alcuni credono, il monumento, che ho prodotto. Come intendere che morì *in ipsomet florentis ætatis exordio* se era stato sin dal 1590. ambasciadore a Gregorio XIV.? Come combinare, che Monsignore Ariberti nato nel 1615. abbia messo quella quasi recente iscrizione nel 1648. a un suo cognato morto nel 1606.?

Conviene dunque dire, che nella prefata iscrizione si parli di un altro Conte Stanga del medesimo nome, e forse figlio del Conte Camillo; e che in un tempo ci sia indicato l'avo Conte Gio Battista con quelle parole *avitam conditoris hujus sacelli pietatem æquare contenderet*. Ciò a me sembra verisimile: e quel *conditoris*, che potrebbe fare qualche difficoltà, si può interpretare in larghissimo senso.

D. O. M.
F. ANTONII MANTEGATII
CIVIS CREMONENSIS
CONGREG LOMBARD PRÆSIDIS VIGILANTISS
OSSA HIC QVIESCVNT
VIRI IN REIP ADMINISTRATIONE CONSILII
AC PRVDENTIÆ ADMIRABILIS
ET IN NEGOTIIS TRANSIGENDIS NVNQVAM
DEFESSI
QVI GRADATIM AD OMNES HONORES ASCENDENS
TER VICARII GENERALIS DIGNITATE
DECORATVS FVIT AC DEMVM PROCVRATOR
GENERALIS ET HVIVS CŒNOBII PRIOR ELECTVS
DVM AD MAIORES DIGNITATES EVOLARET
CALAMITOSO FVNERE SVBLATVS EST
ANNO MDCXXIII QVARTO IDVS APRILIS
ÆTATIS SVÆ LXII.

FRATRES HVIVS CONVENTVS MŒSTISSIMI
PARENTI BENEMERITO
P P.

Non

Non ho potuto avere altra notizia di questo illustre Religioso nostro compatriota fuori della iscrizione, che é sul pavimento della Chiesa di S. Maria del Popolo de' PP. Agostiniani della Congregazione di Lombardia, e di cui non si possono neppure compitare alcune parole già dal tempo consumate. Quanto sarebbe ben fatto, che ogni sagrestia tenesse un libro intitolato *Necrologio* in cui si conservassero le iscrizioni, che sono nella Chiesa, e ne'luoghi annessi, come lo tiene quella della Minerva, e alcune altre in Roma. Si farebbe un grande beneficio non solo a quelli che vanno in traccia di esse, ma anche al pubblico; poichè lo strofinio de' piedi, e specialmente nelle Chiese di concorso, le consuma in tal maniera, che moltissime se ne incontrano del tutto cancellate. Il P. Abate Galletti Benedettino altre volte da me con distinzione di stima nominato, ha raccolto egli stesso con incredibile sofferenza, e fatica tutte le iscrizioni di Roma, e ha dato già alla luce le Romane, le Venete, le Bolognesi, le Piemontesi, e quelle della Marca d' Ancona, opera pregevole, e utilissima. Egli me ne ha somministrate alcune delle Cremonesi, che io di certo non avrei mai trovato, se non a caso, e questa tra le altre posta nella suddetta Chiesa al P. Antonio Mantegazzi.

Questo dotto, e illustre Agostiniano si è distinto nell' arte difficilissima di governare, come leggiamo nella lapida. Rara cosa è il riuscire felicemente in questa impresa, che tanti si addossano così volentieri. La filosofia, e l' anatomia del cuore umano non bastano, se non si hanno certe naturali disposizioni, e prerogative, che animate dalla Religione sono capaci a destare nei sudditi quella stima, e quella fiducia, per cui mettono essi di buon grado la loro volontà in mano di coloro, che hanno dalla natura sì bel privilegio. Inalzati questi al comando fanno tale impressione, che arrivano ad insinuare il loro spirito, e ad indurre persino nuovi costumi. I Filosofi arroganti del nostro secolo, oltre i falsi sistemi, che formano nello studio della natura, istillano in questo proposito massime, e disposizioni contrarie col disprezzare, ed abbattere la Religione, senza la quale non hanno ne vero splendore, ne sufficiente attrattiva le altre doti al grand' uopo richieste onde costoro, che si vantano di essere tanto impegnati per la povera umanità, ad altro non tendono, che

a scon-

a sconvolgerla, ed a renderla più infelice. Non dovrebbero qui aver luogo queste riflessioni, ma sono nei nostri tempi sempre opportune.

D. O. M.
F. ZACCARIÆ ALBRICONIO
CREMONENSI OR. MIN. THEOLOGIÆ
DOCTORI CELEBERRIMO HVIUS
SACRI CONVENTVS GVARDIANO AC
COMMISSARIO RELIGIONIS
CVLTORI VIROQ. AB OMNIBUS
DESIDERATO ANNVM XXXVI.
AGENTI EXTINTO (sic)
LVDOVICVS FRATER LETO FACTO
TANTO FRATRI MOERENS P.
OBIIT DIE V. FEBRVAR. MDLVII.

La lapide in cui è incisa questa iscrizione, che è sul pavimento della Chiesa de' SS. XII. Apostoli, ci presenta anche scolpita la immagine giacente del P. Zaccaria Albriconi, che nel suo Ordine de' Min. Conventuali di S. Francesco si è distinto con la dottrina, e con la prudenza in una età assai fresca. Per il suo assiduo studio, e per la sua celerità nell'apprendere le scienze più sublimi ha fatto in breve tempo quella carriera, che a divenire celebre Teologo, e Superiore di un convento sì riguardevole, è ordinariamente per un Regolare assai più lunga. La morte lo ha rapito in un tempo, in cui era forse per dare copiosi frutti de' vasti, e fecondi suoi talenti.

D.O.M.

D. O. M.
BERNARDINO · GEORGIO
NOBILI . FANENSI
MILITI . ORDINIS . PORTVGALL.
HIERONYMO . RVSTICVCIO
S. R. E. CARDINALI
OB . INDEFESSAM . SVMMÆ . FIDEI
PER . VIGINTISEPTEM . ANNOS . EXPERTAM
FAMILIARITATIS . ASSIDVITATEM
APPRIME . GRATO
OFFICIO . ERGA . OMNES
INCOMPARABILI
QVI . VIXIT . ANN . XXXXIII
MENS. IX. DIES. XVII
OBIIT . XVI. NOVEMB.
M. D. LXXXXII.
ISABELLA . RAPARIA . CREMONEN.
CONIVGI . VNICE . DILECTO
MOERENS . POSVIT

Tra le iscrizioni Cremonesi ha luogo anche questa posta nella Chiesa di S. Onofrio da Isabella Rapari Cremonese al suo consorte, dandogli con questo ultimo ufficio di pietà una prova di quella costante affezione, che legar dovrebbe gli animi di tutti i conjugati. Era di nobile famiglia, e probabilmente sorella, o nipote di Monsignor Matteo Rapari, che fu Coppiere del S. Pontefice Pio V.

Io vi ho dato sin qui Signor Marchese gentilissimo de i monumenti altrui spettanti alla Patria, e ci ho impiegato delle parole, le quali però non lasciano di essere una debole sì, ma sincera testimonianza della mia affezione verso la medesima. Desidero di darvene alcuno riguardo alla vostra degnissima Persona, che sia mio, e d'impiegarvi l'opera mia, onde abbiate ad essere certo della mia singolarissima stima verso di voi, con la quale ossequiosamente mi dichiaro.

Roma 12. Novembre 1774.

Vostro Umo Devmo Obblmo Servidore
F. Tommaso Agostino Vairani de' Predicatori

JO-



Tab. 1



Anaglyphum ex pario marmore quo Ara facelli alterum Card. Vidone Cremonen. Romæ in Templo S. M. de Victoria ædificati ornatur.



anterior opere partis anaglyptico



*Ex eburneo ejusd. Card. Simulacro
quum esset annos natus LI*



marmoreum in pariete elatum monumentum ad laevam Sacelli



JOSEPHO SOREXINÆ VIDONO

MARCHIONI SANCTI JOANNIS IN CRUCE

FR. THOMAS AUGUSTINUS VAIRANI ORDINIS PRÆD. F.



Axima sum affectus voluptate, Joseph Marchio præstantissime, dum animum ad edenda amplissimæ familiæ tuæ monumenta, quæ Romæ extant, appuli, quod & præclara sint, & tibi nuncupata, cui aliquam dare obsequii mei significationem vehementer cupiebam. Id etiam ad patriæ ornamentum magnopere facit, in qua Vidonorum genus antiquitate, & rerum præclare gestarum gloria clarissimum merito habetur. Tua vero me maxime rapit in ipsa adolescentia instituti ratio, qua majores tuos non solum æquare, sed etiam superare contendis. Quartum enim nondum lustrum transgressus, Patre acerba morte sublato, rebus statim tuis præes, & in ista ætate S. C. dutissimum patrimonium tute administras, ita ut nesciam utrum solertiam magis, an prudentiæ maturitatem quamdam in te omnes admirentur. Tali ingenio præditus ad bonas quoque artes pari felicitate excolendas composito, perge adolescens Marchio egregie, qui profecto non minus boni patrisfamilias, quam optimi civis laudem jam asse-

assecutus videris. Hæc interim, quæ in lucem prodeunt tuo nomini inscripta monumenta, te libenter exceptutum confido: tua enim sunt jure quodam, tuorumque sane eximiam declarant pietatem, religionem, magnificentiam. Accedit quod de iis edendis quum cogitarem, idque tibi aperuissem, non modo curam, operamque meam probasti, sed tuam etiam perhumaniter, liberaliterque adjunxisti. Quibus efficitur exiguam me a te mereri, tibi contra maximam a me referendam gratiam.

Hieronymi Vidoni Cardinalis primum res gestas summatim exponam. Is natus est die 26. Octobris ano. 1581. patre Vidono, matre Margarita Persichella. In paterna domo iis artibus eruditus fuit, quibus puerilis ætas impertiri solet. Ineunte adolescentia altricem habuit Ticinensem Academiam in efformandis, ac componendis moribus, scientiisque excolendis aptissimam. Præter docilitatem ingenii erat in illo morum suavitas, religionis amor, atque in studiis literarum arripiendis aviditas quædam; ex quo facile judicari poterat, maximo sibi, & patriæ ornamento esse futurum, si par daretur fortuna. Hac non metimur equidem magnorum hominum virtutem, sed occasione rerum agendarum data effici putamus, ut elucescat. æque enim in prosperis, ac in adversis rebus difficile novimus in medio positam capere virtutem. Perusiæ utriusque juris lauream Hieronymus reportavit. Romam non post multo se contulit cum nobilitate clarus, tum multo magis opinione virtutis. Clemens VIII., qui tum in Petri Cathedra sedebat, Vidonum ætatis circiter an. 20. inter Aulæ Præsules adlegit. Brevi tempore ita se omnibus commendavit doctrina, religione, prudentia, adeoque egregium in rebus agendis peritiæ specimen dedit, ut citius quam aliis usuveniat, gravissima munera obierit, & præmia retulerit. Nulla enim alia intercessit causa, cur tot negotia susceperit, feliciterque pertractaverit, & annum agens 45. Cardinalis crearetur, nisi singularis, qua claruit, in omni genere virtus. A Paulo V. utriusque Signaturæ Referendarius renunciatus, mox inter Abbreviatores, ut vocant, Parci majoris cooptatus fuit in locum Guidi de Guidis, ut est apud Joan. Ciampinum, quod munus quale sit, alio loco exposuimus. Idem Pontifex M. in Picenum illum Pro-legatum misit.

fit. Denuo Romam paullo post revocatum Cameræ Apostolicæ Clericum dixit. Hoc nomine positum illi monumentum extat in Templo S. Mariæ in Aquiro, odei, & organi quod ibi extruxit, causa.

HIERONYMUS VIDONUS CAMERÆ APOSTOLICÆ CLERICUS
ANNO MDCXXI.

Gregorius XV. qui Vidonum animadvertebat plurimum valere virtute, & studio excellere in procuratione reipublicæ, gravissimum Annonæ Urbis administrandæ illius fidei negotium commisit. Hoc munere functus est quoad Gregorius vixit, atque omnibus se ita probavit, ut postero anno Urbanus hujus nominis VIII. Hieronymum nostrum ærarii Pontificii Præfectum elegerit, eundemque totius Flaminiæ Præsidem, & simul exercitus, quem tunc Roma alebat, curatorem esse mandaverit. Quæ de illo prædicari hic a nobis possent, quisque facile intelliget, sed velocem, & ad gloriam, quæ comitem invidiam non habuit, properantem, velociter calamo secuti sumus, ut tamen festinans hæc ipsa narratio non minimam videri possit elogii vim præseferre. Honoribus, quibus posset, Pontifex M. Urbanus virum cumulare non distulit mentis multis, magnisque clarissimum. Purpuram illi decrevit die 19. Januarii an. 1626., sed nomen apud se retinuit dato tempore declarandum, quod tota Urbe plaudente an. 1627. perfecit die 30. Augusti. Titulum vero in Ordine Diaconorum illi constituit SS. Quatuor Coronatorum Martyrum.

Cremonenses hac Vidoni dignitate patriam ipsam ornari intelligentes, publicis ad Urbanum Pont. datis literis quammaximas se ei dem gratias agere, atque habere testati sunt. Quibus ille respondit 10 hunc modum.

Dilectis filiis Præsidentibus Regiminis Civitatis Cremonæ

URBANUS PP. VIII.

Dilecti filii salutem &c. Sacrarum dignitatum dispensatrix Pontificia authoritas in Apostolorum hæreditatem eos certe viros vocare debet, qui christianarum virtutum patrimonio cæteris opulentiores habeantur. Hujusmodi thesauris cum jampridem Cardinalis Vidoni animum abundare cognoverimus, illum sane merito in Ecclesiasticum Senatum cooptavimus. Quare

vis, dum tanti viri dignitati plauditis, gratias agite Domino Deo nostro, qui Civitatem istam non minus fere virtutum, quam virorum voluit esse feracem. Cæterum vestrarum litterarum officio, tamquam luculento vestræ pietatis documento delectati sumus, dum nupero Romanæ purpuræ ornamento munifice auctos esse gaudetis insignis civitatis decora. Jam vero Cardinalis Vidoni virtuti non obscurum testimonium contingit, publica Patriæ benevolentia. Nos Deum oramus, ut urbem istam, quam paterna charitate complectimur, omnipotenti patrocinio communiat, vobisque apostolicam benedictionem peramanter impartimur. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Pisatorio die 2. Octobris 1627. Pontificatus nostri Anno Quinto.

In hoc gloriæ veluti fastigio quodam, ad quod non cupiditate, sed ipsa rerum præclare gestarum laude contenderat, ita versatus Hieronymus Vidonus est, ut famam, quam sibi pepererat, etiam auxerit, ingenio in omnibus, doctrina, & reipublicæ peritia præstans. Suam, mandante Pontifice, sententiam dixit in Congregationibus, ut vocant, Episcoporum, & Regularium, Fabricæ, Boniregiminis, Aquarum, Viarum, & Signaturæ gratiæ. Non diu tamen vixit hoc Cremonæ decus, & sacri Senatus ornamentum immortalitate dignum. Febri enim consumptus decessit die 30. Octobris anno 1632., sexto ineunte a quo Cardinalatus accepit insignia. Expressa illius imago est to. 4. Ciacconii his verbis *Vir erat ab adolescentia commendatus, maximi ingenii, animique altissimi, ad virtutem, dignitatem, & gloriam natus: munera sibi commissa singulari fide, ac summa integritate caute non minus, quam prudenter administrans, semper populo æque ac Pontificibus summe satisfecit, omniumque amorem sibi conciliavit; in rebus judicandis spectatus summa religione, ac diligentia res publicas tractavit.*

Patriam, & familiam suam, virtute, ac dignitate Hieronymus Card. ornavit. Cremonenses vero illum benevolentia, & honore sic prosecuti sunt, ut lapidem in majori eorum templo ponendum decreverint, quo illius gesta omnia posterorum memoriæ commendaretur.

D.O.M.

D. O. M.

HIERONYMO VIDONO PATRITIO CREMONENSI
S. R. E. CARDINALI EMINENTISSIMO
QVI PAGINAM FELICITATIS MERITIS IMPLEVIT AC PRÆMIIS
DOCVMENTO AVLICIS
FORTVNÆ ROTAM VIRTVTIS CLAVO DEFIXI
ROMÆ TITVLOS INGENIO CAPACES PROPE EXHAVSIT OMNES
PARI GRATIA SVB QVATVOR PONTT. MAXX. POLLENS
CLEMENS ENIM VIII. ILLVM INTER AVLÆ ROMANÆ PRÆSVLES ADLEGIT.
PAVLVS V. SIGN. VTRIVSQ. REFERENDARIVM ABBREVIATOREM
DE PARCO MAIORI
PICENI PROLEGATVM ET CAMERÆ APOSTOLICÆ CLERICVM
RENVNTIAVIT
GREGORIVS XV. ANNONÆ PRÆFECTVM AD VRBIS TVTELAM DECORAVIT
VRBANVS DEMVM VIII.
PRÆSIDEM PRIVS TOTIVS FLAMINIÆ
ET GENERALEM ECCLESIÆ THESAVRARIVM NVNCVPATVM
IN SACRVM CARDINALIVM COLLEGIVM ORBE PLAVDENTE COOPTAVIT
VERA DE EO FAMA FVIT
DESTINAVISSE PATRES OPTASSE REGES
VT PONTIFEX MAXIMVS IPSE RENVNCIARETVR
SI VITAM AD PROXIMA COMITIA PROTRAXISSET
CIVITAS TANTO DECORE DESTITVTA
PARENTE VELVT ORBATA
MERITORVM GRATA AC PROVIDA EXEMPLI
DECRETO PVBLICO
AMORIS ET DOLORIS MONVMENTVM
ÆQVE IN MARMORE AC CORDIBVS
P.
CVRANTIBVS FABRICÆ PRÆFECTIS
ALPHONSO MAINARDO I. C. COM. ET EQV. REO D. SEN. MED.
ANDREA RONCADELLO LVDOVICO BONETTO
CAP. HIER. ZVCCHELLO BALTHASSARE SVCCIO
VIXIT AN. LI. IN CARDINALATV V.
OBIIT ROMÆ DIE XXV. OCTOBRIS
MDCXXXII.

Monumenta tandem videamus, quorum causa hæc a nobis suscepta est de Hieronymi Vidoni rebus gestis lucubratio. Anno 1626. sepulcrum sibi parare instituit, simulque sacellum ædificare Beatæ Mariæ Virgini in cœlos assumptæ oblatum. Locum operi, quod animo me-

meditabatur idoneum obtinuit a Carmelitis discalceatis in Templo S. Mariæ de Victoria, quod quidem non magnitudine, sed excellentibus artium operibus præstans celebratur in primis. Anno quem dixi Hieronymus facelli ædificio operam dedit, perfecitque balaustio, & clathris appositis, quum esset Cardinalis anno circiter 1629. Nihil non marmoreum præter fornicem opere ornatum plastico, & areolis cum anaglyphis deauratis. Magnæ molis anaglypticum ex pario marmore in Ara assurgit, quod Deiparæ in cœlos assumptionem exprimit (*Tab.* I.). Utraque parte eminent, positis e regione parastatis, columnæ ex alabastro, quæ stylobatis incumbunt omni artis elegantia constructis, suntque partes reliquæ, quibus compositus ordo constituitur, cælaturis ornatæ: corona vero cum cymatio dorico denuo in curvam assurgit, intraque ipsum coronidis ambitum, qui tympanum dicitur, areola impagibus præcincta illud ex lib. Cantic. habet insculptum: *tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*. His perfectis decrevit opera quæ ad divinum cultum pertinent, & in Sacello haberentur; constituitque dotem, cujus omnis reditus perpetuo penderetur Sacerdoti, qui in Ara illa Sacrum Deo quotidie faceret. Sepulcrum, cujus causa hæc fecit, medium tenet humi locum facelli, inque lapide, quo tegitur, hæc insculpta sunt

HAEC EST EXPECTATIO MEA

Contra votum vero accidit, ut eo primum exciperetur Joannes Marchio S. Jo. in Cruce illius fratris filius, quem adolescentem Romæ ipse educabat, cui monumentum posuit (*Tab.* 4.). Anno vero quem dixi 1632. die 31. Octobris eodem conditus ipse est; & a Cæsare fratre par in adverso facelli pariete monumentum illi positum cum effigie, quæ sculpturæ opus est egregium (*Tab.* 5.).

Extat ejusdem Hieronymi Card. alterum monumentum in templo SS. quatuor coronatorum Martyrum. Quum enim paucis antequam decessit mensibus, caput S. Sebastiani M., quod in eo Templo religiose servatur, nobiliorem in locum sua impensa transtulisset, posita ea de causa est hujusmodi inscriptio.

D.O.M

D . O . M
IN HONOREM CAPITIS S. SEBASTIANI M.
QVOD A GREGORIO IIII IN THECA ARGENTEA RECONDITVM
A S. LEONE IV. IN HAC ECCLESIA COLLOCATVM
A IO. GARSIA CARD. MILINO HVIVS ECCLESIÆ TITVLARI
INVENTVM
HOC LOCO HIER. CARD. VICONVS EIVSD. ECCL. TITVL.
DECENTIVS COLLOCAVIT ANNO MDCXXXII
SEDENTE VRBANO VIII PONT. MAX. ANNO EIVS IX.

Sed nunc ipsa, quæ edidimus, monumenta postulant, ut verba faciamus de Petro Vidono altero S.R.E. Cardinali. Is Hieronimi fratrem Cæsarem, & Constantiam Pesciam parentes habuit, editusque in lucem fuit die 18. Novembris an. 1610. A puero educatus domi ad pubertatem usque. Romam deinde missus, omnis a Patruo, ut optimis disciplinis erudiretur, cura, diligentiaque adhibita. In Romano Seminario Rethoricæ præcipue operam dedit. Ingenuis moribus docilem adjunxit disciplinam. Altiores in aliis Italiæ Academiis facultates excoluit, profecitque in iis mirum in modum. Romam reversus iis circiter diebus, quibus patruus Card. obiit, Præsul statim ab Urbano VIII. renunciatus est utriusque Signaturæ Referendarius. Optimæ spei juvenem idem Pont. an. 1634. Tiburem misit, ut vices gereret Francisci Card. Barberini, qui illi civitati præerat. Sabinam deinde Provinciam regendam ei Urbanus tradidit an. 1636. Mox paucorum annorum spatio Arimini, Urbis Veteris, Spoletique gubernator, & Marchiæ præfectus fuit, quorum meminit Cerbidius Afrodisiensis in libro, quem vulgavit Romæ an. 1768. cum hoc titulo *Notizie del governo della Sabina*. Hæc prospere illi cesserunt, & consilium admirabantur omnes, & magnitudinem animi cum summa humanitate, & modestia conjunctam, in rebus gerendis dexteritatem, in omnibus virtutem prope singularem. Accidit per id tempus, ut Laudensis Ecclesia in Insubria Pastore orbaretur suo. Urbanus P.M. Petrum Vidonum, qui pari se virtute præbebat in rerum ecclesiasticarum studio, ad illum gregem mittere statuit. Certior factus de hac Pontificis voluntate, eidem-

que

que obsecutus, Romam ille venit, atque in proximo secreto Consistorio Laudæ Episcopus creatus est. Paucis in diebus, quibus hæc acta sunt, Urbanus moritur, IV. scilicet Kal. Aug. an. 1644. Non diu tamen desideratus summus universæ Ecclesiæ Pastor. Die enim Septembris 15. ejusd. anni Urbano successor datus est Innocentius hujus nominis X. Ejus pontificatus die 20. Vidonus noster ad amplissimum Episcoporum Ordinem in Templo S. Andreæ de Valle solemni ritu consecratus fuit a Jo. Bapt. Card. Pallotta. Laudensem Sedem conscendit die 24. Januarii anno, qui secutus est, 1645. omnibus ejus urbis gratulantibus, ac plaudentibus ordinibus. In procuratione Reipublicæ clarus, non minus instructus ad Ecclesiam regendam accessit, sed pari se virtute præbuit Antistitem, parique felicitate amplissimo munere functus, summam laudem est consecutus. Quum enim comis esset, & facilis ad illum pateret aditus, omnesque paternæ caritatis officiis complecteretur, Cleri, populique sibi comparavit, retinuitque benevolentiam. quo fiebat, ut libenter ei omnes parerent, & quæ capiebat pro Ecclesiæ utilitate consilia, facilius exequi posset. Fundos sumtibus faciendis Mensæ Episcopalis, ære, quo tenebantur, alieno, sua pecunia liberavit. arculas argento ornatas, Sanctorum lipsanis custodiendis, dono Ecclesiæ dedit. Ædes Episcopi ampliatis operibus commodiores reddere instituit.

Hæc agebat quum an. 1643. ab Innocentio X. Romam evocatus intellexit ad Casimirum Sarmatiæ Regem sibi esse proficiscendum titulo Legati Pontificii cum literis hujusmodi (*).

(*) *Charissimo filio nostro in Christo Jo. Casimiro Poloniæ et Sueciæ Regi Illustri*

INNOCENTIUS X.

Charissime in Christo fili noster salutem & Apostolicam cum omni claritate, ac propensa mirè studio ad Majestatem Tuam profiscitur Venerab. frater Petrus Episcopus Laudensis Prælatus Domesticus noster, & Assistens Nuntius Apostolicus partes ibi obiturus; Etenim probè novit quantum, & quam Sanctæ bonus Sedis studiosum Regem Ecclesia, & Religionis negotio adiutus sit, ut dubitare non possit, quin Dei causam diligenter intuens etiam Regiæ pietatis voluntatem demonstrat Præsulem eximia morum integritate, præcipua prudentia, & omnibus demandata muneri digne uatenus hoc insignatur exornat eu Tibi commendare superfluum arbitramur. Quare his, quæ nunc de perpetuo, & amantissime in Te obsequiis nostris, & deinde, ut suis occasio tulerit de rebus alius referet omnem fidem habere velit Majestas Tua, cui benedictionem Apostolicam ille nostro nomine amantissime largietur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Maii 1652 Pontificatus Nostri Anno Octavo.

D.f-

Difficillimis temporibus id negotii Petro accidit. Postero enim anno, quo Varsaviæ morabatur, Carolus Gustavus, simul atque summas Imperii Svecorum tenuit, bellum Casimiro intulit, quod initio feliciter gessit, ipsis potitus regiis urbibus Cracovia, & Varsavia. Multa Vidonus hoc exardescente bello passus est, remque demum domesticam omnem amisit. Mox, ut varii sunt eventus belli, Casimirus victor tota Polonia Carolum expulit, ut solum, & pacem armis tueri gloriosius ei fuerit. Vidono pariter res prospere cessit. Nam illum rex Casimirus optime de se meritum, ut purpura ornaretur, Alexandro VII. omni officiorum genere commendavit. Quum autem Vidonus ipse multis apud Sedem Apostolicam meritis clarus esset, volentem Pontificem Casimirus rogavit. Quare an. 1660. Alexander P. M. illum in sacrum Senatum legit dieque Aprilis 10. Marium Spinulam Cubicularium suum, qui birretum purpureum illi deferret, Varsaviam misit cum literis hujusmodi.

Dilecto filio nostro Petro S.R.E. Presbytero Cardinali Vidono nuncupato

ALEXANDER PP. VII.

Dilecte fili noster salutem &c. Poloniæ Regis commendationem, & mox judicium nostrum de Te sacra Purpura exornando plane subsecuta est Urbis & Curiæ Romanæ communis approbatio, & plausus. Etenim dubitari non potest quin eximia, & jam pridem spectata virtus tua nunc super sublime Apostolici Senatus candelabrum evecta universæ Catholicæ Ecclesiæ magnam Christianæ pietatis, & salutarium exemplorum lucem allatura sit, quod profecto Nos a bonorum Auctore Deo summis votis postulamus. Interim sacro murice fulgens Birretum ad Te de more mittimus, ut in ipsa Promotionis tuæ initiis, & primis Cardinalatus insignibus sanguineos Dominicæ frontis labores majorum certaminum præludia veneteris, & ad imitandum agnoscas. Is autem, qui illum defert dilectus filius Abbas Marius Spinula Cubicularius noster cum propriis dotibus, ac virtutibus, tum etiam injuncto a nobis munere, ac præsertim ob ea, quæ de amantissima Parentis voluntate significare poterit tibi apprime gratus esse debebit Dilecte fili noster, cui benedictionem Apostolicam paterne prorsus impertimur. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die x. Aprilis 1660. Pontificatus nostri Anno Sexto.

Publica illum diem lætitia Aulici, omnesque Varsaviæ cives prosecuti sunt, mœrore contra affecti, quum, ut Romam remigraret,

iter arripuit, Paulus Donus Perusinus Regius Secretarius, cujus domum Vidonus incoluit, dum Varsaviæ fuit, in foribus ædium hoc monumentum præstantissimo viro posuit.

PETRO MARCHIONI VIDONO CREMONENSI
LAVOENSI EPISCOPO ET COMITI
PER BIENNIVM INNOCENTII X
PER SEXENNIVM ALEXANDRI VII SVMM. PONTIF.
AD REGEM IOANNEM CASIMIRVM NVNTIO APOSTOLICO
QVI
POST COMPARATOS SIBI OMNIVM HVIVS AMPLISSIMI REGNI ORDINVM
APPLAVSVS
DVM HANC EIVS MANSIONE EXORNAT DOMVM
BENEFICENTIA PONTIFICIA
PER NOMINATIONEM REGIAM
SACRIS PATRIBVS PVRPVRATIS ADSCRIBITVR
HOSPITI EMINENTISSIMO CELSISSIMA VIRTVTE PRÆDITO
SVBLIMIORIS GRADVS MERITO FVLGENTI
PAVLVS DONI PERVSINVS
A REGIS SECRETIS INTIMVS REGIÆQ. COLLEGIATÆ S. IOANNIS
DECANVS
GRATVLABVNDVS PONERE IVSSIT

In Italiam ut pervenit, Laudam divertit gregem suum visendi gratia. Diximus ædificium ab illo inchoatum, quo Episcopi domum ampliare instituerat. Polonia reversus illud perfecit, cujus rei memoria, monumento in iisdem ædibus posito, servatur.

PETRVS S. R. E. PRESB. CARD. VIDONVS
APOSTOLICVS APVD POLONIÆ REGEM NVNCIVS
ABSENTIAM MVNIFICENTIA COMPENSANS
NOVVM HOC ÆDIFICIVM
GENTILITIÆ MAGNIFICENTIÆ MONVMENTVM
POLONIA ET ITALIA BELLIS FLAGRANTE
SVO IVSSV AC SVMPTV INCHOATVM
REVERSVS PERFECTA VTROBIQVE PACE PERFECIT
COMMODITATI AMOENITATI MAIESTATI
ÆDIVM EPISCOPALIVM CONSECRAVIT
AN. MDCLXI.

Non ita multo post Vidonus splendido comitatu Romam ingressus, ab eodem Alexandro VII. Cardinalatus accepit insignia, titulo donatus S. Callixti Ordinis Presbyterorum. Legationem inde obivit Bononiensem pari, ac cætera quæ gessit, laude. Ædes, quas habitare Legati solent, instauravit, atque in pinacotheca picturis ornata hanc inscriptionem posuit. HO-

HONESTO
HANC AVLAM DEAMBVLANTIUM OTIO
ERVDIENDISQVE OCVLIS IVGVNDO NEGOTIO
HAC VARIETATE IMAGINVM ORNATAM
HONORATAMQVE PRIMA ANNORVM DECADE
AVGVSTISSIMI PONTIFICATVS
ALEXANDRI VII
BENEFACTORIS MVNIFICENTISSIMI
DEVOTVS NOMINI MAIESTATIQVE EIVS
PETRVS CARDINALIS VIDONVS BONONIÆ LEGATVS
POSVIT ANNO DOM. MDCLXV.

Post Legationem Bononiensem in Urbe versatus est, non suæ, sed reipublicæ utilitati prospiciens. Multarum enim Congregationum negotiis pertractandis operam collocavit omnem, eaque de causa anno 1669. Laudensem Ecclesiam dimisit. Idem Alexander Pontifex Max. an.1667. *Protectorem* illum dixerat universi Ordinis Monachorum Camaldulensium, quorum res mirum in modum juvit. Præterea Joannis Sobieski Poloniæ Regis voluntate amplissimum eidem munus accessit *Protectoris* regni illius apud S. Sedem (*).

Pietatis vero Petri Card. Vidoni hæc etiam afferam testimonia. Nam absidem templi S.Pancratii (quem titulum, priore dimisso, assumpserat) ædificavit; extatque memoriæ causa ejusdem stemma in fornice depictum, & inscriptio hujusmodi. PETRUS TIT. S. PANCRATII MART. S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS VIDONUS. Præterea facellum a Hieronymo patruo extructum in templo S. Mariæ de Victoria altero ornavit anaglyptico pario marmoris, quod nascentem mundi redemptorem exprimit (tab.2.)

V 2 Id

(*) Qua re cognita Innocentius XI. has ad Regem ipsum literas dedit.

Charissimo in Christo filio nostro Joanni Poloniæ Regi illustri.

INNOCENTIUS PP. XI.

Charissime in Christo fili noster salutem. Dilectum filium nostrum Petrum Cardinalem Vidonum multiplices ex capite, sed præsertim ob eximium in promovendis istius Regni rationibus studium peculiari in Domino charitate prosequimur. Propterea quotiescunque accidit nobis ex datis ad nos literis cognoscere in Poloniæ Protectorem a Majestate Tua delectum eundem fuisse. De rebus iis quæ ad Regnum istud spectantibus nobis non agentem libenter usque audiemus præcipue vero præstantes ubi occasiones adiruntque gratificandi Majestati Tuæ, cui Apostolicam [illegible] amantissime impertimur. Dat. Romæ sub annulo Piscat. die 9. Jan. 1677. Pontificatus nostri an. 1.

Id vero in primis curavit, ut unus semper e Vidona vicissim, & Goldona gente omnia sua studia in Ecclesiam, & Apostolicam Sedem conferret. Quare dotem ære suo constituit, cujus fructu Præsul idem in Romana Curia subsisteret. Cujus singularis in patriam, & gentem suam beneficii laus perpetuo manebit. Obiit non admodum senex, si ætatem magnorum hominum, ut vulgo Romæ fit, computes, an. 1681. die 6. Januarii, sepultus vero est die 8. pompa funeris Cardinalibus constituta, in monumento Hieronymi patrui sui.

Prætermittendum non est Francisci Arisii de illo judicium, quod his verbis omnino constat *Vir fuit prudentia semper, ac dexteritate in arduis peragendis negotiis tum in alma Urbe, tum alibi conspicuus, ut etiam in bino conclavi summum Hierarcam evasurum universalis fama vulgaverat*. Ne vero aliquid in hac re Cives nostri desiderent, illius etiam effigiem in monumentis tertio loco collocavimus ære insculptam ex simulacro eburneo ejusdem magnitudinis, quo me quidem ditavit Propola, in eoque artifex notavit annum 1661.

Extant præterea in Sacello, quod sæpe dixi, atque e fornice ejusdem pendent insignia duorum Præsulum, qui eodem conditi sunt sepulcro, quod Hieronymus Cardinalis sibi vivens fecit. De his breviter dicemus, ne quid omittere videamur, quod Vidonæ gentis monumento continetur. Eorum Præsulum uni Thomæ Sorexinæ, alteri Jo. Baptistæ Goldoni primum, tum utrique Vidoni nomen fuit. Qua ratione id factum, non alienum est docere.

Petrus Cardinalis gentis suæ postremus duas sorores habuit. Harum natu major Margarita nupsit Georgio Sorexinæ. Franciscus primum, deinde Thomas iis parentibus procreati sunt. Ille Cæsaris Vidoni, quod erat patris Margaritæ nomen sumpsit, & fortunis utriusque familiæ potitus est, quibus ditissimum consiatum patrimonium. Thomas Vidoni quoque sumpto nomine Romam venit, fructus dotis percepturus, quam diximus a Petro Cardinali constitutam. Magdalenæ soror natu minor Anna in matrimonium data fuit juveni Goldono, quæ familia Cremonæ antiquissima divitiis & nobilitate maxime florebat. Hujus cognationis causa Petrus Cardinalis testamento mandavit, ut Præsul nomine Vidonus esset vicissim e familia sua Sorexinæ copulata, & e gente Goldona.

Ex

Ex his, quæ diximus, illud etiam constat, Joseph Marchio, unde originem habeat nomen alterum, quo appellaris, atque te esse Vidono quidem ex Margarita Francisci matre, sed potissimum Sorexinæ paterno clarum genere, quod antiquitate, cognationibus, rebus præclare gestis, atque honoribus eidem tributis nobilissimum habetur. Sed illuc redeamus.

Thomas Romæ apud avunculum Cardinalem diu antea commoratus est, quam *Prelatis* accenseretur. Ut enim instructus accederet ad obeunda Romanæ Curiæ munera ille curarat. Referendarius, ut vocant, utriusque Signaturæ ab Innocentio XI. P. M. renunciatus, ac post non multo in provinciam missus Præfecti munere functus est primum Centumcellis, deinde Fabriani, tum Firmi: demum an. 1686. in insula Melita Inquisitor (*). Quo in munere quum quatuor summa cum laude annos insumpsisset, Alexander VIII. an. 1690. die 20. Septembris Edessenorum Archiepiscopum illum creavit, & Apostolicæ Sedis Legatum in Etruriam misit, altero Prælati Do-

(*) Thomas nulla interposita mora iter suscepit Melitam versus. Die 12. Junii ejus anni Neapoli versabatur: inde Messinæ appulit die 20., Melitamque pervenit die 28. ut accepi ex ejus epistola in archivo Vaticano. Innocentius XI. P. M. ea de re ad Magnum Magistrum Militum Hospitalis S. Joannis Hierosol. & ad Proregem Neapolis literas dedit hujusmodi.

Dilecto filio Gregorio Carafæ Hospitalis S. Joannis Hierosolym. Magno Magistro.

INNOCENTIUS PP. XI.

Dilecte fili salut. &c. A dil. filio Magistro Thomas Vidono utriusque Signaturæ nostræ Referendario, quem genere, ac virtute præstantem ad obeundum istibi Inquisitoris Apostolici munus deputavimus, prolixè intelliges, quo paternæ charitatis loco te, Inclytumque Ordinem, tui multa cum laude præes, habeamus, & quamlibenter occasiones, quæ si afferent, amplexuri simus, propensam nostram erga vos voluntatem novis in dies documentis declarandi, filialis vicissim erga nos observantiæ tuæ fuerit, Inquisitorem ipsum iis, quibus par est, officiis excipere, eidemque injunctam sibi provinciam exequenti omni ope, ac studio continenter adesse. Tibi vero interim dilecte fili universoque Conventui Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 28. Maii 1686.

Dilecto filio Nobili Viro Marchioni de Carpio Proregi Neapolis

INNOCENTIUS PP. XI.

Dilecte fili nobilis vir salutem &c. Dilectus filius Magister Thomas Vidonus utriusque Signaturæ nostræ Referendarius ad obeundum Inquisitoris Apostolici munus Melitam proficiscens, nobilitati tuæ istibus pertransitus pluribus explicabit, quæ sit erga te charitas paterna nostra, novumque tibi de eadem a nobis afferet testimonium. Minime autem dubitantes, quin perhumaniter exceptum iri eum, quem genus, virtus, & demandata ipsi provincia non parum commendant, nobilitati tuæ Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 28. Maii 1686.

Domestici & Assistentis titulo insignitum (*). Cujus Legationis anno VIII. Cameræ Apostolicæ Clericus renunciatus Florentia discessit die 11. Dec. 1697., & Cremonam divertit, ac deinde Romam reversus varia amplissimi ejus ordinis munera obivit. Sed neque diu in illo Thomas versatus est, neque majores, qui ei patebant, honores est consecutus. Nam in morbum incidit, quo diutissime conflictatus, ac demum consumptus vitæ finem fecit anno 1708.

De iis quæ Thomas Vidonus præclare gessit, duo satis erit commemorare, quibus aliquid ad majorum laudem accessisse constat. Nam in Sacello S. Mariæ de Victoria duos Sacerdotes perpetuo hostiam singulis diebus Deo offerre jussit, ampla eisdem stipe constituta. Præterea testamento legavit XII. m. aureos, quos scutata vocant, ornandæ sacræ ædis B. V. e Fonte appellatæ prope oppidum Caravagj Diœcesis Cremonensis, quam omnes Insubriæ gentes maxima religione colunt; totidemque aureos nummos contulit, quibus Presbyteri Congregationis S. Philippi Nerii Cremonam acciti alerentur.

Hoc loco libet interponere, quod res ipsa postulat, illustre familiæ tuæ maxime esse, Joseph optime, quod pietate, & religionis studio multa fecit posteris commendata. Ut enim alia omittam, extat Cæsaris proavi tui liberalitate constitutum Canonicorum Collegium in templo *S. Joannis in Cruce*, quæ antiqua est ditio Vidonorum. Idem amplissimam possessionem prope oppidum *Casalisbutani* do-

(*) Libet ipsas Alexandri P. M. literas ea de re ad Magnum Ducem Etruriæ datas describere ex archivo Vaticano.

Dilecto filio Nobili Viro Cosmo Etruriæ sive subjectæ Magno Duci

ALEXANDER PP. VIII.

Dilecte fili nob. vir salut. &c. Ad obeundam apud nobilitatem tuam ordinarii Nuntii provinciam Venerab. Fratrem Thomam Archiepiscopum Edessæ Prælatum nostrum Domesticum, & Assistentem, quem præter genus, præstantes virtutes, atque animi dotes, quibus abunde præditus est, admodum commendant, selegimus, eidemque impensis injunximus, ut propensam singularem in modum erga te, Domumque inclytam tuam voluntatem paternam nostram magis tibi, magisque explatam ea diis faceret, filialis vicissim erga Sanctam hanc Sedem, nosque ipsos observantia tua erit, eundemque Venerab. Fratrem peshumaniter excipere, prædictæ Sedis negotia pertractanti plenam illi non secus a nobis fidem habere. Nobilitati interim tuæ prospera cuncta ex animo precamur, ac Apostolicam benedictionem peramanter impertimus. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die quinta Octobris 1690.

dono dedit Monachis Congregationis S. Bernardi, ut eodem loco monasterium extruerent. Quibus largitionibus non modo non minui, sed Dei beneficio divitias etiam augeri docemur exemplo familiæ tuæ. Sed reliqua persequamur.

Joannes Baptista Goldonus, annos natus xxxiii. Thomæ locum Romæ obtinuit Vidoni nomine Referendarius utriusque Signaturæ die 4. Decembris an. 1710. adscriptus. Is a Clemente XI. P. M. an. 1717. in Provinciam missus Ariminum biennio rexit, ac deinde an. 1719. Benevento præfuit Cardinali Vincentio Mariæ Ursino ex Ord. Præd. ejusdem Urbis Archiepiscopo acceptissimus. Romam rediit an. 1724. eodem Ursino Pontificatum universæ Ecclesiæ gerente Benedicti XIII. nomine; a quo Præses Cameræ Apostolicæ renunciatus est initio anni 1730. Hoc autem munere adhuc persungebatur anno 1737. quum febrim nactus acutam decessit die 18. Martii.

Qui in locum Joannis Baptistæ succederet ea ætate nemo fuit. Nam Vidonæ gentis unus pater tuus, Joseph Marchio, supererat. Goldonorum autem omnium postremus obiit Mediolani amplissimo Senatoris munere perfunctus. Sed est tandem hoc tempore amplissimam Provinciam suscepturus Petrus frater tuus, qui Romæ adolescens in Collegio Nazareno educatus, dum has epistolas in unum volumen collectas, auctasque typis committo, Academiam nobilium Ecclesiasticorum ingressus est die 17. Junii, ut gravioribus, & sacris studiis instructus, majorum suorum exemplo, ad laudem, & gloriam virtute comparandam accedat.

Hujus epistolæ finem faciam a te id enixe petens, Joseph Marchio egregie, ut quæ scripsi, uti æquum est, reputes, qua vero ratione scripsi non spectes; ea enim nec aliis delectationem, nec mihi laudem parere posse sane intelligo. Aliquam tamen a te gratiam pro meo in gentem, ac familiam tuam cultu, ac pro ea qua præstas humanitate, initurum confido. Vale.

Dabam Romæ xiv. kal. Octobris an. 1775.

Hæc prælo committebantur, quum inscriptionem ab amico accepi, quam Petrus Cardinalis Vidonus Hieronymo patruo suo in eremo Monachorum Camaldulensium prope Tusculum posuit. Hanc in ere-


mum

mum (quæ Dominici Cardinalis Passionei secessu celebrior hac ætate fuit) idem Petrus eorum Monachorum Protector quandoque secedebat impensius colendæ religionis causa. Ea autem inscriptio est hujusmodi.

CELLAM HANC
QVAM HIERONYMVS S.R.E. DIAC. CARD. VIDONVS
DVM IN APOSTOLICA CAMERA
CLERICI MVNERE FVNGERETVR EXTRVXIT
PETRVS PRESB. CARD. VIDONVS EX FRATRE NEPOS
ORDINIS CAMALDVLENSIVM PROTECTOR
RESTAVRAVIT A. D. M. DC. LXVIII
QVI CELLAM COLIS IPSOS TVIS PRECIBVS INSERE COELO



MAR-



D. O. M.

F. THOMÆ TVRCO CREMONENSI
MAGISTRO ORD. PRÆDICAT. LVI
DOCTRINA PRVDENTIA
REBVS GESTIS CLARISSIMO
FF. PRÆDICATORES CREMONENSES
COLLEGÆ OLIM SVO
PATRI OPTIMO ET B M.
M. P.
VIXIT AN. LIV. M. VII. D. XXVII.
OBIIT ROMÆ KAL. DEC. MDCXLIX



MARCHIONI
JO. BAPTISTÆ FRAGANESCHIO
MEDIOLANI PRO CREMONENSIBUS ORATORI

FR. TH. AUGUSTINUS VAIRANI ORD. PRÆD. F.



EPISTOLAM hanc tibi inscribere quum instituo, Jo. Baptista Fraganeschi præstantissime, misso fortasse meo hoc, quo nitor, pauxillulo ingenio, videor plane facere ex sententia. Tu enim & genere, & religione, & literis, & in rebus agendis prudentiæ laude adeo præstas, ut dum alii te suspiciunt ac colunt, obsequii quoque mei specimen aliquod tibi merito deberi intelligam. Argumentum Thomas Turcus, qui Ordinis mei summum olim obtinuit magistratum, & cujus virtute quum Ordini eidem tanta facta sit gloriæ accessio, patriæ quoque nostræ partum ornamentum fuisse, nemo dubitaverit. Hanc autem a te non solum ornari, verum etiam ingenio, consilio, solertia adjuvari, cives sentiunt, & plane omnes fatentur. Præclaro enim pro patria ipsa Oratoris munere Mediolani ita perfungeris, ut nullum sit operæ, officiique genus, quo, non dicam de republica, sed de privatis quibusque non studeas bene mereri. Tuam autem hac in re omnem fere actam ætatem summa cum laude consumpsisti, mira Cremonensium, atque Mediolanensium erga te vo-

luntate. Ad te igitur jure mittimus sapientissimi, & doctissimi viri, cujus illustria Romæ extant monumenta, imaginem aliquam paucis quidem expressam, ne actum agamus. Plura enim de illius virtutibus, vitaque noster Domanesehius in eo libro persecutus est, quem de rebus Cœnobii Cremonensis Ordinis Prædicatorum edidit, deque illustribus, qui ex eo prodiere, viris. Quare harum rerum studiosos ad illud volumen delegamus.

Pubescente ætate Turcus anno 1610. patria discessit eidem Ordini, quem dixi, nomen daturus, magna civibus suis relicta spe augendæ virtutis, quæ tum in illo jam elucebat, præclaro, quod honestissimorum parentum cura alacriter susceperat, Religionis, & literarum instituto. Ingeniorum natura parens est, altrices industria, & ars. Quam multa latent, quibus educendis in hominum conspectum nulla unquam patet via! Cum enim homines plerumque neque genere, neque opibus valeant, neque fortasse iis occasio detur, ut in propria commoda simul, & in reipublicæ utilitatem industriam conferant, jacent magna persæpe complura ingenia, quæ contra utinam non multum ad perniciem prava consuetudine, atque improbitate valerent. Igitur aliquibus est demigrandi consilium, & potestas, ut vel ad studia humanarum rerum, quarum est mira varietas, se convertant, aut vitæ hujus tempestatibus, & desidiosorum moribus se subducentes, Monasteriis excipiantur, velut tranquillum in portum, & quamdam optimarum artium officinam, bono quidem reipublicæ singulari. Cum enim religionem, & literas ingenia colunt, reipublicæ mirum in modum prosunt. Patria vero optimos persæpe habet, quos suo ipsa nutriens studio sapientes fortasse non efficeret cives, sed aut inutiles, aut etiam ferret perniciosos. Sed Turcum sequamur præclaram doctrinæ virtutisque laudem attingere properantem.

Sublimioribus disciplinis more institutoque nostro traditus est erudiendus. Qui ingenii magnitudine, & celeritate, ac incredibili quadam memoria præditus quum esset, docilem adjunxit disciplinam. Quare brevi adeo profecit, & tanto antecessit condiscipulos, ut facile intelligi posset excellentis viri gloriam assecuturum. Id vero de illo prædicandum est factum præclarissimum. Nam exemplo Jo. Pici Mirandulani, eademque ac ille florente ætate se disputaturum Cæsenæ anno 1619. edixit de omnibus pene rebus, quæ in summa Theologi-

logica S. Thomæ continentur. Præterea de singularibus omnium S. Doctoris Interpretum sententiis ita proposuit, ut easdem propugnare paratus esset; si minus, refellere. Quibus de rebus libellus Bononiæ tum editus, in Cremonensium Prædicatorum instructissima bibliotheca servatur. Ante non ita multo obierat supremum diem Mazzonius Cæsenas clarissimus Philosophiæ Doctor. Hujus nonnullas opiniones adversum Ptolomæum, & Jul. Scaligerum, rem gratam Cæsenatibus facturus, una proposuit Turcus, atque defendit. Tandem quum per id tempus clari Cæsenæ poetæ florerent, problemata quædam Poetico critica ad Tassi, & Ariosti poemata adjunxit, de quibus dissensio est inter eruditos, institutque de illis in utramque partem disputare. Quæ res fuit quidem in Pico ob generis nobilitatem, sententiarum novitatem, & Lycei Romani amplitudinem celebrior a Turco tamen pari felicitate gesta admirationem audientibus attulit cum incredibili voluptate conjunctam.

Non ita multo post doctor Artium Bononiæ constitutus adolescentibus nostris erudiendis operam dedit. Ea vero urbs ipsa scientiarum altrix, & magistra Turcum suspexit, cujus in omnium disciplinarum studiis par virtus diu latere cives non potuit. Hoc specimen injectæ opinionis. quod Cardinalis Ludovisius, qui eo tempore Bononiensibus Legatus præerat, Theologum sibi illum habere juvenem voluit, & ad Gregorium XV. patruum suum multa de illo velut præstantissimo viro retulit: atque utinam vel Gregorius diutius vixisset, vel Turcus adhuc tunc juvenilem excessisset ætatem! Eodem in Lyceo, quod apud nos amplitudine, & ingeniorum frequentia habetur in primis, summum in docendo, studiisque omnibus moderandis, idque diutius quam alii soleant, locum tenuit. Tanta valebat existimatione doctrinæ cum singulari quadam prudentiæ laude conjunctæ, ut bono reipublicæ omnino natus videretur.

Celeberrimi viri fama, non modo in Ordine universo, sed latius etiam perferebatur. Qui permoti Triumviri Gymnasio Patavino regendo quum an. 1638. de doctore Metaphysicæ adlegendo agerent, qua solent solertiæ contentione, Thomam Turcum, majore etiam illi decreto stipendio, accersiverunt. Delatum sibi munus publice docendi in amplissima Academia non minus, quam qui illi excellentissimorum virorum judicio habebatur, honorem, ut par

 erat

erat, æstimandum ducens, cum primum exploratam Turcus habuit Generalis Magistri Ordinis voluntatem, Patavium profectus est. Hic ita se gessit, susceptumque munus obivit, ut expectationem vicerit Venetorum. Nam in doctrinis publice tradendis eloquentia, & eruditione mire explendescebat, tantaque erat orationis, & sententiarum cum perspicuitate suavitas, ut in eo cum summis ingenii facultatibus nativus quidam lepor junctus appareret. Literarum Hæbraicarum, Chaldaicarum, Græcarumque peritia non minus claruit, quam gravioribus disciplinis: quod noster Joh. Bapt. Contarenus Venetus diligenter notavit in libro de viris, qui ex Ordine Prædicatorum in Gymnasio Patavino docuerunt. Ea autem in re ipsum plerosque ætate sua superasse scribit, nemini inferiorem fuisse. Idem gravitate, comitate, urbanisque officiis usus est, natura fautrice, ad conciliandam, retinendamque benevolentiam, ut nihil supra. Quibus rebus factum est, ut Optimatibus non minus, quam omnium ordinum hominibus merito esset carissimus.

Anno vertente quinto, postquam Patavium concesserat, acceptis Roma literis Turcus dictam sibi ab Urbano VIII. R. P. provinciam intellexit gerendorum negotiorum Ordinis, titulo Procuratoris, ut vocant, Generalis. Hoc ille nuncio, ut erat ad omnia comparatus, mœrentibus Patavinis valedixit, & mense Decembri anno 1643. Romam pervenit. Hoc in magno ac sublimi Religionis, scientiarum, & artium domicilio maximam sibi laudem certissime pariunt viri, qui splendore, pulchritudineque virtutis emicare perspiciuntur. Qua re quisque admonetur, virtutem multum præstare cæteris vitæ præsidiis, & virtute, labore, industriaque esse enitendum, & certandum laude studiorum, quibus vere homines celebrantur, quos etiam genere humiliore editos extulit virtus, atque illustravit. Sed illuc revertor.

Procuratione sui Ordinis Romæ suscepta Turcus quam sibi absens opinionem doctrinæ, & probitatis pepererat, præsens auxit. Quum enim vel conveniendi illius gratia multi venirent, vel ipse plerosque Aulæ, summosque viros honoris, & officii, ac negotiorum agendorum causa adiret, ut necesse esset in celebritate versari, ita omnibus se probavit, ut magni ingenii, ac singularis prudentiæ, consiliique plenus vir suspiceretur. Is vero egit, ut qualem haberi opus

opus erat, talis foret. Hanc præclare Socrates apud Tullium viam ad gloriam proximam, & quasi compendiariam dicebat esse. Simulatum enim non potest quidquam esse diuturnum. Species scilicet, quam Turcus boni præ se, & sapientis viri ferebat, radices egerat, ut vere in ipso esset integritas vitæ, tum servandæ disciplinæ susceptæ diligens studium, comitas denique non sine gravitate, atque humanitas, ita ut omnibus prodesse niteretur quibus rebus posset.

Quum his virtutibus Turcus floreret, magna spes erat per illum multa suorum, & reipublicæ bono perfici posse, si ei altiore loco eminere contingeret. Cum primum vero occasionem fors dedit, collegæ ejus id plane effecerunt tali modo. Nicolaus Rodulphius Leonis XI. R. P. ex sorore pronepos anno 1641. cesserat suprema universi Prædicatorum Ordinis præfectura. Comitiis dictis novo creando Ordinis Magistro, ac mense Majo an. 1644. in Urbe celebratis, Turco nostro cunctis suffragium ferentibus, totaque Urbe gratulante, delata hæc provincia fuit. Is natura, virtute, atque doctrina quum aptus esset ad omnes res, in re tamen Ordinis publica gerenda multo præstantissimus fuit. Intelligebat vero bene constitutæ societatis præsidium & decus duobus omnino contineri, scilicet disciplina, & ratione studiorum. Sed in eo vis maxima est, quod supra dixi, ut simus ii qui haberi, vel quo modo alios efficere velimus. Illa autem duo ita Turcum commendabant, ut utroque clarissimus haberetur. Neque quum tanta honoris, & curarum facta esset accessio, se remittere aliquando visus est, sed disciplina fiebat, doctrinaque præstantior. Itaque primum incitabat omnes exemplo suo, accendebatque ad virtutem.

De rebus ipsis, quæ in edito illo dignitatis loco multæ, & variæ semper esse solent, mira celeritate ac prudentia cœpit constituere. Interea graviora animo revolvebat, & ante diligenter, quam ea inciperet, speculabatur. Omnia enim, quæ a recta desciverant instituti ratione, restituere parabat, eaque decernere, quæ ad suorum incrementum, & decus facere posset. Ratus vero cognosci res, & componi facilius ipso Præsidis aspectu, statuit per se omnia perspicere. Quare postero anno ab Innocentio X. R. P. petiit, impetravitque, ut non solum Italiæ perlustrandæ, sed ad regiones etiam a quibus longius aberat, sibi esset proficiscendi potestas.

Cum

Cum primum de rebus ipso absente administrandis constituere potuit, paucorum comitatu Roma egressus Cœnobiis obeundis statim operam dedit, atque per totam Italiam iter faciens, in Galliam contendit, deinde ad Belgas transiit, ac iterum peragrata Gallia in Hispaniam profectus est. Multa ubique præclare gessit, magnamque virtute sibi, & felicitate famam peperit, quæ prius illum prædicabat, quam præsens ipse adesset. Id vero effecit, ut quæ bono reipublicæ consilia capiebat, facilius expedire posset. Accedebat etiam sapientum, optimatum, ac Principum virorum favor, apud quos maxime probatus erat eximia prudentiæ laude, & opinione doctrinæ. Cujus rei multa sunt exempla, sed hæc maxime illustria. Lutetiæ Parisiorum per id tempus nonnulli sibi perniciosissimum errorem effingebant, quo Paulus Apostolus eadem qua Petrus dignitate, & potestate regendæ Ecclesiæ a Christo donatus ferebatur. Anna Austriaca Galliarum Regina, quæ Theologorum studio nitebatur tale monstrum exanimare, Turcum voluit statuta die Sorbonæ conventui interesse, eaque de re verba facere. Quo exceptus amplissimo loco doctrinæ copia, & ingenii vi disserendo unus effecit, ut deinceps adversantium numero haberent idem error, quos antea nactus fuerat auctores, & patronos. Eadem optima, & potens Regina rei gestæ felicitatem gratulata Turco commendavit, ut hæreses, quibus oppugnabatur in Galliis Catholica Religio, voce, & scriptis adoriretur, neque illum ab se, nisi muneribus, & honoribus auctum, dimisit. Ejusmodi disputationibus quum mirifice delectaretur, licet tantis curis distentus, sæpe occasione data, præsertim cum lustraret Hispaniam, in palæstram prodibat quod Nicolaus Comnenus Papadopolus in historia Gymnasii Paravini scripsit his verbis, *disputando, et de rebus difficillimis luculentissime disserendo, admirationi omnibus fuit*. Philippus IV. Rex Catholicus summa humanitate Thomam Turcum complexus, de universo Ordine Prædicatorum multa est elocutus, quo Ecclesiam, & rempublicam omnem adjuvari, ornarique sentiebat. In ipsum vero talis Ordinis Moderatorem benevolentiæ, & honoris testimonia cum plura dedit, tum illud præcipue, quod Regni Magnatum numero eumdem haberi voluit, quod antea paucis contigerat, deinceps vero, teste Domaneschio, ejusdem Philippi singulari beneficio reliquis universi Ordinis Magistris decretum fuit.

Tan-

Tandem de Gaspare Alphonso Peresio Guzmano Methimnæ Assidoniæ Duce hoc commemorabo, quod datis literis voluit, ut omnium rerum, quæ ad illius ditionem, imperiumque pertinebant, par Turco esset potestas, jussitque, ut ratum domi suæ haberetur, quidquid ille de iis constituendum duxisset. Quarum literarum ectypon Cl. Antoninus Bremondius in eum librum transtulit, quem inscripsit *de Guzmana stirpe S. Dominici*. Quod si *Principibus placuisse viris non ultima laus est*, ab illis laudari præcipue, & ornari qualis erit?

Hinc autem intelligi par est, optimo viro hæc obtigisse sola virtutis causa, qua in consiliis capiendis, & rebus Ordinis administrandis excellens habitus fuit. Longum esset enumerare omnia. Satis erit dictum, si summas attigero, unde communes ortæ utilitates. Comitia generalia celebravit Valentiæ in Hispania an. 1647. In illis autem multa probata, quæ Turcus constituerat, aliaque sancita sunt disciplinæ, quæ omnium caput est, tuendæ utilissima. Leges ad rectam studiorum rationem, quibus maxime florere quamvis sapientum societatem decet, locorum, & nationum moribus accommodatas, tulit, iisque reguntur usque ad hanc diem gymnasia nostra illustriora, ac præsertim Bononiense S. Dominici, & Parisiense S. Jacobi. Severitate utendum voluit, quum ageretur de Doctoribus Artium deligendis, ut adolescentes erudiendi non committerentur, nisi eis qui gravissimo muneri obeundo aptiores essent. Ineptos vero constanter repulit, sic ut nec vel maximo Principum favore altiorem gradum ascenderent. Magnis sumtibus curavit, ut typis ederentur summorum nostri Ordinis virorum opera, Innocentii V. R.P., Alberti Magni, Hugonis Cardinalis, & Thomæ Malvendæ (1). Quibus addendus *Pugio fidei Christianæ* Raymundi Martini opus celebratissimum tunc primum editum (2) quod Dominoeschium cæteroquin accuratum ac diligentem scriptorem fugit.

Tali modo quum tres annos rebus Ordinis componendis, & reducendis quibuscumque modis potuit, consumsisset, Romam rediit anno 1648. Prospere hactenus, & gloriose gestis hoc memoria dignum adjunxit. S. Congregatio Cardinalium Fidei Quæsitorum ab origine habita est in Cœnobio Prædicatorum Minervitano. Ædes tantæ rei agendæ primum delectæ angustiores. Sub ipso Turci adventu hæc Romæ perferebantur. Indignum esse amplissimum Consilium tali

loco

loco haberi. Eminentissimos Patres eo conveniendi nulla cogi necessitate. Non deesse in aliis Cœnobiis magis aptum iis recipiendis locum. Grandior Turco animus erat, quam ut hæc pati posset. Quare admirabili consilii celeritate effecit in diebus paucis, ut novæ nescio an dicam extructæ, an vero natæ apparerent, amplissimæque ædes, quas Romani conspicientes, qua ratione id fieri tam pulchre, tamque cito potuisset, non intelligerent. In ipso autem forium epystilio hæc insculpta leguntur.

F. THOMAS TVRCVS CREMONENSIS
MAGISTER GENERALIS ORD. PRÆD.
A FVNDAMENTIS EREXIT
ANNO MDCIL.

Dum hæc una manu ædificabat, pugnabat altera pro quibusdam ab eodem supremo Fidei Tribunali editis decretis, quæ nonnulli factiosi homines sugillare audebant. Neque tamen remissus in aliis agendis fuit. Utinam vero illa etiam perficere potuisset, quæ rebus clare perspectis meditabatur universo Ordini plane profutura! Sed tanta vis virtutis, atque ingenii acerba morte heu quam propere ab oculis sublata fuit! Eodem namque anno, quem ante dixi, ad finem vertente, lethalem nactus est morbum, quo consumptus kalendis Decembribus tam multis, ac variis perfunctus laboribus acquievit anno ætatis 54. Innocentii X. R. P. de illius morte dictum Domaneschius refert ex monumento, quod laudat, *cecidisse non unius Ordinis Prædicatorum, sed universæ Christianæ Reipublicæ columen validissimum*. Idem de iis, quæ Turcus scripta reliquit, mentionem facit. Qua ille sit præcipue efferendus laude, dubitabit fortasse aliquis. Multum doctrina, eruditione, literis claruit. At nemini secundum dico prudentia, constantia, magnitudine animi, in suos amore. Cujus nomen eo loco apud nos est, ut nulla unquam vel rerum ab aliis gestarum magnitudine, vel temporum sit longinquitate delendum.

Hæc de Thoma Turco breviter ad te dedi, Jo. Baptista præstantissime, quæ longius persequi magnitudo epistolæ prohibet. In re autem domestica prædicanda versati sumus. Verum hanc puto nobis esse potestatem. Patriæ enim ista sunt præclara ornamenta: præterea ad Reipublicæ utilitatem ac decus ejusmodi clarorum virorum res gestas plane pertinere arbitramur. Restat, ut scripta hæc no-

nostra sic legas, ut satis habeas, si tibi optimo civi rerum ipsarum causa commendentur: prædico enim nullam voluptatem te unquam ex illis esse capturum, quæ ut equidem sentio, nec verbis satis, nec eloquentia constant. Gaudendi contra hæc mihi est ratio, quod tibi Cremonensium Oratori præclarissimo hoc qualecumque observantiæ meæ monumentum dare licuerit. Illud vero, qua præstas humanitate, excipias velim. Quod etiam atque etiam rogo, & plane spero. Vale.

Dabam Romæ prid. Kal. Februar. 1775.

Extat Romæ in Templo S. Martini in Exquiliis lapis humi positus, quem nescio, an ad Cremonenses pertineat, quod sane vellem. Cardinalis Ariberti monumentum illud est, qui floruit sæculo XII. Ad te Jo. Baptista Marchio ornatissime, qui matre Ariberta lectissima fœmina prognatus es, qua cum nuper desiit omnis Aribertia stirps, illud mittere constitueram. quod nunc tamen faciam, ut quanti æstimandum sit tandem aperiam. Hæc vero habet lapis insculpta.

ERIBERTO
TITVLO S. ANASTASIÆ
PRÆSBITERO
CARD. ARIBERTO
MONVMENTVM
AN. AB ORBE REDEMPTO
MCLX.

Arisius noster lapidem hunc *antiquum* dicit, & *repertum* in laudato Templo narrat *gentilitio duarum alarum se se mutuo intuentium* (versis forte vultibus) *insignitum*. Tom I. pag. 71. Id accepisse illum puto a Jacobo Francisco Ariberto amplissimo Urbani VIII. Innocentii X. & Alexandri VII. temporibus Romanæ Aulæ Præsule, qui etiam Cremonensibus nunciavit, se ejusdem Cardinalis imaginem *ex vetustissimis Vaticani codicibus extractam* collocasse in Templo S. Anastasiæ longa adjecta inscriptione, quam Arisius edidit eodem loco. Præclare equidem contextam ille vendidit fabellam, quæ Arisio non suboluit.

Principio *repertum* lapidem negabit esse *antiquum* quisquis anti-

tiquitatum medii ævi penitus ignarus non fuerit. Nam nulla antiquitatis nota. Neque stilus convenit lapidarius ejus temporis, neque inscriptionis modus, neque literarum forma. Præterea rariora ea ætate, qua originem duxerunt, cognomina, a quibus posteris etiam temporibus Ecclesiæ Præsules, ac Pastores abstinuerunt. Quid vero dicam de conflato *Eriberti* nomine, ut *Aribertus*, quod ex mss. Vaticanis autographis illi nomen erat, cognomen fieret? De *gentilitio* illo *duorum ulnarum sese mutuo intuentium* sepulcro imposito, eruditorum sit judicium. Tandem miror repertum, erutum, effossum lapidem, nec levissimum acceptæ cladis vestigium referre.

Inscriptionem alteram Jacobus Franciscus Præsul in Templo S. Anastasiæ posuit, ut legitur apud Arisium, *cupiens*

. . . .

GENTILIS SVI SEPVLCRVM
VETVSTATE IAM PENE DEFORMATVM
NOVO ALIQVO ADDITAMENTO
HONESTARE . . . .

. . . .

At neque vetus ullum sepulcrum, quod memoriæ proditum sit, Cardinali Ariberto positum eo in Templo fuit, (lapis enim prædictus sepulcro tegendo *repertus* fertur in Templo S. Martini, & integer plane est) neque sane extat hæc eadem a Jacobo Francisco item condita inscriptio. Satis ne sanus viderer si fumum vendentibus fidens, ficta tibi pro veris obtruderem, & supposita monimenta pro genuinis darem?

Sæculo, quod dixi, Aribertus Cardinalis floruit, cujus subscriptiones ego ipse vidi literis appositas Romanorum Pontificum Lucii II. Eugenii III. Anastasii IV. & Hadriani item IV. Ex his annum, quo ille obiit, pene compertum habemus 1156., aut 1157., quum creatus fuisset a Cælestino II. fer. 4. Cinerum an. 1143. testibus Alphonso Ciacconio, Antonio Aubery, aliisque. Romanæ Sedis Legatum cum Guidone Florentino, & Guidone Cremensi Cardinalibus, Peregrino Patriarcha Aquilejensi, & Theobaldo Episc. illum congressum esse an. 1148. xxv. Kal. Sept. ex antiquis Ecclesiæ Veronensis monumentis laudatus Ciacconius scripsit. Utrum vero ille

FLA-

FLAVII ARIBERTI LONGOBARDORUM REGIS PRÆCLARISSIMI AC DE ROMANA ECCLESIA OPTIME MERITI PROGENIES

& Aribertorum Cremonensis familiæ GENTILIS fuerit, ego negare non ausim: ea enim ætate ex nominibus cognomina prodierunt quamplura. Sed tuum esto Jo. Baptista præstantissime de hac re judicare. Unum dicam; Majorum dignitate, & rerum ab illis gestarum gloria clarissimum genus tuum incertis his monumentis non indigere. Tu vero non magis nobilissimæ familiæ laude, atque splendore, quod fortunæ est, ornaris, quam præclaris virtutibus, quod tuum est, elucescas. Singulari porro benignitate, & patientia tua hic opus esse intelligo, ne gravis tibi sit illiteratæ Epistolæ rudis subnexa mantissa.

(1) De aliquibus scriptorum nostrorum ac præsertim Alberti magni edendis operibus egerant Patres in comitiis Ordinis Romæ an. 1644. ac Thomæ Turco Magistro renunciato omnem rei gerendæ curam demandarunt, quorum verba hæc sunt: *Committimus Rmo P. Magistro Ordinis, ut ipse pro sua eximia prudentia, ac dexteritate eligat certo aliquem typographum, cui committi possint necessarii codices Ordinis nostri, novis ac nitidis typis excudendi. Præcipue vero eam diligentiam adhiberi optamus in recudendis operibus B. Alberti Magni tantopere per universum Christianum orbem desideratis.* Noverant quidem illi Turcum doctrinæ laude præstare, & ad magna quæque perficienda comparatum, quæ suis utilitati futura essent, & ornamento. Quam de se conceptam opinionem Thomas Turcus non modo servavit, sed etiam rerum experimento auxit, ostenditque magnarum ab eo feliciter geri, qui novit suorum amore, & gloriæ cupiditate flagrare. Multa de editionibus quas diu, paravit, perficiendisque meditabatur: atque mitto literas hujusmodi ad universos Prædicatores dedit.

In Dei filio sibi dilectis
Reverendis admodum Patribus Provincialibus, Vicariis Generalibus, Prioribus, Magistris in Theologia, Suppirioribus & Vicariis locorum; cæterisque Patribus, Fratribus, & Sororibus ad Ordinem Prædicatorum quovis modo pertinentibus.

FRATER THOMAS TURCUS Sacræ Theologiæ Professor, ac ejusdem Ordinis Magister Generalis & servus.

Bonitatem & disciplinam & scientiam, & avitum utriusque splendoris restaurandi zelum ac fervorem.

Inter cætera credita nobis regiminis cœpti [illegible] munia, quibus ad Religionis amplissimam dignitatem, & privatum illius ac publicum bonum, quanta curâ possemus, procuraremus attingimur, non postremum illud existimamus esse, ut quæ jam olim a nostris edita sunt, aut eduntur in dies, eruditionis & ingenii monumenta, ea aut vel e tenebris in quibus hactenus latuerunt, eruenda in lucem, vel plurimi saltem luci, sive injuriâ temporum, sive incuriâ fortassis obscurata, restituenda curemus, Quatenus & aliquando in Ecclesiam cui sui illi labores adduxerunt, utilitas, & non mediocris in Ordinem ipsum nostrum, quem professi sunt, splendor, & ferv-

 ore

nus in præterea; quibus exemplo prævie voluerunt, cum beneficii laboris æmulatio respondetur.

Sane quo loco nobis ante omnes studium pietatis esse debeat ac virtutis, & quam sedulo in id maxime incumbendum sit, ut supereminentem scientiæ charitatem Christi, unde de pietatis ipsius ac virtutum regula peti debet, tanquam communi conformationis & præcepti studio sollandam sibi proponant nostri omnes, & charismata illa meliora, quæ vel scientiæ omni ac mysteriorum omnium notitiæ quantacumque Apostolus anteponit, æmulari contendant, alte infixum animo tenemus; & ab omnibus, quo professioni suæ respondeant, vehementius optamus reminisci. Sed & illud, quod secundum pietatem est, doctrinæ ita studiosos esse omnes optamus, & optandum semper ac necessarium arbitramur, ut demum scientiam se putent ad esse intelligant, quod ex professione ipsa sua esse debent ut sint; nisi ut scientia charitatem quæ ædificat, ut scientia inflat, sic scientiam charitati zelo crescere superaddant, nisi vehementissimi in virtute scientiam valeant, & in scientia, quæ maxime abstinentiam suggerit, pietatem; nisi vel lucernæ sibi simul ardentes, dum sibi vivunt, & aliis cum dolii faciunt, in viam salutis prælucentes, ad justitiam erudire multos possint, aut si vel ardeant sine luce, quod parum; vel luceant sine ardore quod vanum; non & ardeant simul & luceant, quod perfectum.

Meminerimus hoc mystice Seraphinos quidem super solium Domini stantes, ut ardorem pietatis accendant; sed & Cherubinos propitiatorium obumbrantes, ut scientiæ plenitudinem quam vel nomine præferunt, umbra ipsa insinuent. Meminerint Deum illum super thronum, ubi cogitationes humanæ proponantur, ascendisse super Cherubim, & volasse, ut sui notitiam & amorem per eos ipsis quos erudierit, & spiritu sapientiæ impleverit, undequaque diffundat. Meminerint & Seraphinos earsum alis quatuor se velantes, ac duabus volantes, ut intellectum affectui conjungendum admoneant, & utroque conjunctim provocent ad volandum; Meminerimus & prophetæ mysticorum animalium facies, quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectum lampadarum uno symbolo exhiberi, & ut per fervorem simul spiritus in pietatis desiderium exardescant, & per flammam verbi aliis quoque resplendeant, ad peccatorum tenebras & errorum ab eorum cordibus expellendas.

Atque ista equidem tam lubentius nostris omnibus non recordanda magis, quam æmulanda, & prout Deus dederit assequenda proponimus, quæ peculiarius nostro ipso nomine admonemur, ut opus Evangelicum facientes, prædicemus verbum instanter, & propositum nobis ministerium impleamus, ut luceatis omnibus qui in domo Dei sunt, doctrinam quasi antelucanam illuminemus omnibus, & usque ad longinquum terræ, quoad fieri potest, enarremus, ut glorificemus Dominum in doctrinis, quibus odorem notitiæ suæ Deus per nos manifestet in omni loco; & scientiam salutis demus plebi ejus, quæ sedentes in tenebris & umbra mortis in viam pacis dirigamus; ut in omnibus nos ipsos exemplum bonorum operum præbeamus, in doctrina, in integritate, in gravitate, ut is qui ex adverso est vereatur, nihil habens malum dicere de nobis, quo nostrum utriusque nomen ornemus, ac munus exequamur; ut Levitica illa perfectionis & doctrinæ, viro sancto afflata, benedictio in nobis impleatur, quæ fanum doctrinam a candorem morum ac rectitudinem non sejungat.

In hoc plane duobus, quæ virtute simul & scientia tota studio excolenda nituntur, totam instituti nostri pendere legem, ac præcepta, seu totum nostri status officium & finem contineri, non tam apices ipsi regulæ, ac regulorum statutorum, quæ sacratiori observantia præscribuntur, quam eorum qui tantum undique illi sua luce splendorem ac decus attulerunt, studia & exempla demonstrant; Dum sic utramque accurate visi sunt præstitisse, ut vacare duntaxat alternatim viderentur; & pietatis doctrinam, qua illuminarent, pari ardore, ac laudabili temperamento conjunxerunt.

His porro nos cum præclaris exemplis ac vestigiis inhærentes, in eo toti pro munere atque officio nostro sumus, ut eorum simul & sanctitatem & sapientiam æmulari sub nostro regimine satagant illi omnes, qui eorundem consortio, ac eadem cum illis professione se esse gloriantur; & quæ in tanto viros tum illustres præextiterunt ad sempiternum Ordinis ornamentum, utriusque gloriæ monumenta, ea vel quantulacumque sibi boni æmulatores pro viribus comparare conentur, ac utrumque hoc ipsum præstare quod voverunt. Dum ergo intra regularis observantiæ vel firmandæ consistitur, ubi viget, vel adaugendæ instau-

stauranda, ubi jam elanguit ac defecit, atque ita subinde id exequemur quantum in nobis est, quo possint omnes, ac debeant ad illius avitæ pietatis æmulationem purgatiori affectu provocari; Ecce tam salubri cogitationi alia quoque se adjunxit, quæ simul intellectum ad æmula etiam eruditionis avitæ studia provocemus, dum eorum scripta undique diligentissime conquisita, vel nova nunc primum typis edi, vel renovato in meliorem formam prælo nunc tandem ornatius evulgari satagimus, ut quantum ex tam utili editione Religio Christiana profectum, quantum noster Ordo splendorem; quantum scriptores ipsi celebritatem nominis ac memoriæ famam; tantum & nostri omnes ad eadem studia comparati desiderium in se accendi sentiant, similiter faciendi, ut in uno simul schemate habeant, quo sive ad laboris exemplum excitentur, sive ad eruditionis augmentum proficiant; sive ad juvamentum studii sublevetur.

Et vero in illis reperient quod ad omne doctrinæ genus, ac divinæ præsertim, cumulate sufficiat; quod omnis disciplinæ studiosis prosit, quod ad docendum ac instruendum imperitos, quod ad arguendum & compescendum perversitates, quod ad erudiendos in justitia mores, ac formandos, quod ad corripiendos ac revincendos errores utile possit esse, ita ut in eorum doctrina repleri cellaria dici possint, in eorum libris universa substantia pretiosa & pulcherrima contineri, ex iis mille clypei, tanquam omnis armatura fortium, pendere, quæ bellum contra veritatis adversarios cum dispositione prudentissima ineatur, & in robustius ac validius quisque juxta sapientem fiat, quo se desidiam eorundem lectione præstiterit.

Pigebat in tenebris latere, qui tam luce publica digni essent; aut in situ & pulvere velut obsoletos jacere tamdiu, qui tam insigne sibi apud omnes nomen dereliquisse debuerant, nulla satis memoria celebrandum; & si tantæ pene tantæ sapientiæ fontibus, vel ecclesia, nihil aliud quam rivulis, qui ex eorum scaturigine in alienos canales detorti sunt, superesse, immo & in ipsa invasione in eorum nonnullis factum esse, ut postquam ipsi non sibi tantum, sed & omnibus exquirentibus veritatem tanto studio laborarent, alii tamen in eorum labores usurpatione iniqua introirent, ac fiducia latebrarum arrogarent suo nomini, quod eorum industria præstitum latuisset. Nam id in Galatino specialiter notatum, qui Ray-mundi nostri Arnaldi Barcinonensis opus, Capistri Judæorum nomine, circa S. Ludovici Gallorum Regis tempora insignitum, ante circiter centum annos tertio post sæculo, sub libri de Arcanis inscriptione sibi confidenter ascivit, ut convincere Puteanus apud Tolosam codex potest, clarissimi viri opera nuper excriptus.

At tanto quidem alacrius hanc Ordinis gloriæ, hanc scriptorum illius ornamento, hanc vestri profectus novare operam juvat, quanto justius publica celebrati nuper Capituli Generalissimi vota id exigunt, cujus nunc in nobis cura commissa est, quæ committi nostra dignior potuisset; ut quam doctrina bona dat gratiam eum libenter impenditur, tam nos ab omnibus vobis demereri possimus, dum tam diligenter communicamus, tam salubrem; at in magno illo Alberto sua fama majori Lugduni jam cœpimus, & in Malvenda sacris in totam Scripturam commentariis pergimus exequi, quibus nihil excultius, a nihil doctius, nihil ad communem profectum utilius excogitatum, aut editum esse possit. Sed est quod properantem conatum, nisi omnium vestrum cura succurrat, remoratur, penuria nempe nummorum, qui tantæ editionem sumptibus undiquaque sufficerent, nec suppetere nobis possunt, quin gratia vestra suppleat, quod inopia nostra deesse hac parte probe nostis.

Vestrum est, ut sollicitis undique per vos ipsos, aut saltem aliquos ad id laboris deputatos eleemosynis, aliisque, ut Deus dabit, publicis privatisque subsidiis, vestram singuli symbolam in tam necessarium opus conferatis, ex quo tanta in vos utilitas, ac profectus redundet, atque ut in omnibus abundatis charitate vestra in nos, ita & in hac gratia vos abundare declaretis. Non quasi imperans dico, sed vestræ charitatis ingenium bonum comprobans, & consilium in hoc do quod vobis utile est, ut quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis; non ut cuiquam tribulatio sit, sed qui multum, multum, qui modicum, modicum, prout in corde suo, non ex tristitia, sed ex hilaritate destinavit. Unusquisque igitur quod collegerit apud Provinciales, aut Vicarios respective reponat, qui subinde illud ad nos, tanquam benedictionem, & gratiam pro sui officii jure perferendum suscipiant; Nostrum vicissim pro hac obsequii promptitudine specialem gratiam, & benedictionem cum in-

om-

omnibus iniuri, qui ex obedientiæ charitatis exhortationem nostram susceperint, & facta ipsa perfecerint, quod optamus. Ac ne ostensa charitatis vestræ in nos, & gratia nostra pro vobis evenerit, aut quod gratiam de vobis, evaniretur in hac parte, iisdem Provincialibus & Vicariis in virtute Spiritus Sancti, & in charitate Dei districte præcipimus, ut eorum qui ad hoc tam sanctum opus aliquid quovis modo contulerint, & summa, quam singuli dederint; Catalogum texant, quamprimum ad nos illum transmittendum; & insuper ad plenitudinem obedientiæ iamdiu ac instituit nostri exitum volumus, ut quicumque vestrum aniniam qualifcumque nostrorum librum nondum editos, aut extasint, vel apud se habuerint, vel alicubi esse asserunt, eos nobis aut transmittant, aut significent, usque interim, ac suos vestros assiduis apud Dominum precibus plurimum habeant commendatos.

Parisiis è Conventu nostro S. Jacobi, die 17 Februarii 1646.

Jam vero quum anno 1747. generale a se indictum Capitulum Valentiæ celebraret, Jurisdictioni Regelatim expensum, quæ ad editionem operum complerum feliciter exchoetur. Aperte etiam ostendit volunt, unde pecuniæ eam ex genus sibi tanto operi perficiendo exceptit; quæ quidem pecunia non ab eo imperata, sed sponte a multis collata fuit. Itaque in Denuntiationibus cap. V. hæc habentur.

5. *Denuntiamus juxta id, quod continetur in Capitulo Generalissimo Romæ 1644. Reverendissimum Magistrum Ordinis pro impressione operum Beati Alberti Magni, & item P. Magistri F. Thomæ Malvenda contraxisse cum Dominis Claudio Prost, Petro, & Claudio Rigaud fratribus, Hieronymo de la Garde, & Joanne Antonio Huguetan bibliopolis Lugdunensibus, eisque ex more Religionis promisisse dare 200. scuta aurea, seu mille libras gallicas pro singulo Tomo, receptonis completa impressione sibi ex impressis exemplaribus, quæ respondebant ad totam pecuniæ datæ secundum pretium in instrumenta taxatum, quod ad insistentiam bibliopolarum modo non evulgatur. Et insuper denuntiamus, jam impressa extare quinque tomos, scilicet scripta super quatuor Evangelistas, supra omnes Prophetas minores, cum quibusdam opusculis de Sacramento Eucharistiæ, & aliis, quæ omnia ex præsenti Capitulo vidimus; nunc vero esse impressum nostrum scripta Theologica super Sententias. Et pariter denuntiamus, Parisiis impressa Opera omnia Paludani sub cura Adm. Rev. Patris Magistri Fratris Joannis Nicolai Primarii Regentis Parisiensis, & Bibliothecam ejusmodi Ordinis Prædicatorum sub cura R. P. Fr. Francisci Combefis, & Tolosæ omnia opera Innocentii V. Pontificis ex Ordine nostro assumpti, sub cura A. R. P. Fr. Antonini Reginaldi. Et item denuntiamus eumdem Reverendissimum Magistrum Ordinis recepisse pro hujusmodi impressionibus infrascriptam summam pecuniæ &c.*

(a) De editione Pugionis fidei christianæ mentionem fecit Turcus ipse in epistola, quam prælo et ta descripsimus. Nam etsi Turco vita functo perfectum, vulgatumque id opus fuerit an. 1651 Ordinis Magistro Jo. Baptista de Marinis; tamen cura, & impensis illius, eoque auspiciis Ordinis susceptum est e D. de Mesilac, qui prolegomena in idem opus scripsit, addiditque observationes doctissimi viri Josephi de Voisin. Exstat autem de re Turci ad Mesilacum, & Vicinum epistola, quas mox afferam. Ex his clare dignoscitur plagium Petri Galetini, qui Pugionem vel e ms., vel e Porcheto in suum fere transtulerat librum *de Arcanis catholicæ veritatis*. Constat præterea Thomam Turcum diebus hisce opera editores juvisse quibuscumque modis potuit, ac tandem discessum, quo ille studio, quibusque officiis doctos, & bene de suo Ordine meritos viros prosequeretur. Epistolæ autem hæ sunt ex Parisiensi Pugionis fidei editione descriptæ.

FR. THOMAS TURCUS
Magister Prædicatorum Generalis Philippo Jacobo Maussaco Comiti Consistoriano Cameræ Comput. Monspeliensis Protopræsidi.

Illustrissime, & Amplissime Domine.

De familia Prædicatorum debet Raymundus Ecclesiæ, sic utraque tua Amplitudini. Ita semper & ubique ad tui nominis dignitatem vigemus profiteor, quippe qui in tenebris forte diu adhuc latuisset, aut nusquam adeo gratus exiisset in lucem, nisi tantum obtinuisset vindicem, & assertorem. Quamvis enim sua satis

nis specie spectabilis; seque ipse pretiosus semper fuerit apud omnes adeo ut Doctorum vota semdiu obtineat, omniumque oculos in se facile convertisset, si ut ut est eandem spectandum praebuisset; ita tamen a sua antiquitate situ, & amanuensium vitio mutilatus, deformatusque fuerat, ut nunquam, qualis primum fuit, nobis apparuisset, nisi et in manus vestras incidere, & a vobis ad nos venire contigisset. Neque enim a vobis, aut ut detineretur quaesitus, aut ut expoliaretur susceptus, aut ut suffocaretur, fuit complexus, sicut ei apud alios sequiore fortuna evenerat; qui tantam apud te invenit gratiam, ut non modo pro sollicitudine resolveret, ab iniuria temporum vindicare, contra aliorum iniquitate, aut incuria noster repugnaret, verum etiam industria vestra formari ad lucem, sibique atque adeo ordini nostro donis vestris, & luculentissimis in eum prolegomenis auctior, speciosiorque factus resurgere meruerit. Adeo juvit Reymundum apud vos divertisse, adeoque prosuit illi ad gloriam temporum iniuria quae tantam ei in alterum conciliavit patronum, fecitque ut quod fere sub alieno nomine perdiderat nomen, sub tuo gloriosius recuperaret, ejusque dignitas ex tua in tantum augeretur: & sane sapientia tua gloria Raymundi debebatur genio, & ingenii societate, cum sequum sapientia, cujus doctrina sublimior in argumento tam gravi, tamque difficili sola posset versari, cujus in propugnanda fide ardentior zelus in eo maxime gauderet auctore vindicando desudare, qui in Evangelica doctrina verbo, & opere potens merito primus Hebraeorum doctor, & Magister, & vere pugio Judaeorum, devoctis a se Judaeis, mereretur appellari, cujus modestia satius duxerit exscribere ad praelum, quam dictare quae poterat, & plura, & meliora; cujus doctrina sibi laudare maluerit practice dicta, quam usurpare ingenua plane, & generosa: ita ut ipsa quae sua satis superque droits nescit aspicere aliena nisi ut probet, & dominio excuter. Sic respuit factum quem sua ornant, seque ipsa contenta virtus nec facto gaudet, nec alieno pascitur. Quem ergo suum a suo capere noluit, dono & suo recipiat vestra amplitudo, quem suum esse dum nostrum, quem de manu tua eo lubentius suscepi, quod facilius redditurum speravi, quod placeret & gratia tua gratitudinem Ordinis, & meam si non absolvere, neque enim aut possim, aut velim; saltem probare possem: caetera & vota, & consilia vestra, singulare atque vestram in Ordinem pietatem Deus interim ex votis nostris quotidianis, gratiarum suarum cumulet incrementis, diuque sui, nobisque incolumem servet, & felicem amplitudinem vestram, cui pus aeternum oro. Romae XIX. Octob. 1648.

Illustrissime ac amplissime Domine

Humilimus & observantis in D. Servus
Fr. Thomas Turcus Magister Ord.
FF. Praedicatorum.

Epistola Reverendissimi Patris
THOMÆ TURCI
Ord. Praed. Magistri Generalis
ad D. Jos. de Voisin

Illustrissime Domine

Quam grata mihi venerint epistolae tuae, referebat obsequia in te meos complexeris. Et quae tum gratissime non venissent, quae tuum in Ordinem Praedicatorum affectum tot humanae officiis loquuntur, tot operibus probant, iisque adeo luculenter, ut & vota mea, & promissa tua non impleant modo, sed & superent; adeo usset tuo in nos obritas medam, quae tanta studio, tantaque industria Martini nostri Reymundi Pugionem conformas ad praelum, utrumque acuis ad praelium, doctissimisque lucubrationibus tuis doctissima illius in Judaeos opera illustras, & commendas posteritati non minore sane Ordinis splendori, quam illi decori, tibi gloria. Neque enim potuerat Reymundus ille noster doctus inter & Hebraeos caeterque aeu inglorius, dignotebat eloquentius quam tuus in eum notis, ea laboribus venturo saeculo commendari, nec doctis saeculum intelligere, qui & quantus esset Reymundus, qui Vicinum merito commentatorem cum Judaeum Vincunum (neque enim est quod erubescat modestia veritati cauderem) cujus locupletissima, & reconditioris sapientiae monumenta non modo sapientum commentaria, verum etiam principem inter sapientes locum illi jure merito mereret. Ita ergo tua humanitate factum est, vir Illustrissime, scriptorum decus & delicia, ut gloria tua, & Ordinis Praedicatorum gloria futura sit & unum idemque opus virorum, & Reymundo in Hebraeos scriptum trecilum assurgat, et post singulares utrique, sive cuique verbis; partus de Judaeis

duli victorias, tibi in tot Hebraeorum Theologia, quam ex ipsis Hebraeorum fontibus, & Talmudicis Bibliis erutam, & constitutam tota fidelitate, & sapientia in Hebraeos retorquet, ut iisdem penitus telis vincantur, quibus vincere sperabant, dumque mortem in vi-ribat tuis assertoribus, habeat, si suo periculo sapiunt, unde feliciter erudiantur ad vitam; Raymundo vero nostro in suo Judaeorum naufragio, qui tantam Hebraeam superstitionem triumphatamque ad aras Catholicae religionis tradidit sistitque: in hoc demum ejusdem Raymundi pugionem collectis in unum utriusque argumentis, & acumis de pravitate Judaica, & Rabbinorum communi communis utrique apud posteros erigeret trophaeum, idque eo tibi gloriosius, quo de tua manu jam acceperit Raymundus, quod alias hucusque scriptoribus Ecclesiasticis contuderat, tuaque jam opera lucem, & gloriam obtineat, per quam alii fere omnes in illo doctrinae genere lucem, & gloriam sibi invenere. Felici siquidem auspicio factum est, ut quo tempore de illustrissimi, & amplissimi D. de Maussac; viri in utraque sapientia summi bibliotheca receptam hanc nostri Raymundi pugionem, ejus vigiliis & laboribus miram quantum desudatam, emaculatam & auctam prelo apparerem; tuo se consilio meo & votis adeo opportuna, & fecunda obtulerit sapientia, quae, seu Lucina altera, parturientis dumtaxat Ordinis labores juvaret, fetumque in lucem eruditam manu componeret, educeretque. Illi tum officii genus ea industria, et labore, tu affectu Raymundi nostro praestitisti cum in illis passim notis, tum in universi operis emendatione, tum in variis, temporumque, doctrina vindicanda; tum denique in asserenda Authoris fide, & dignitate, cui labori felix par fuerat Vincius (tot & tanta sunt loca, & testimonia ex ipsis Talmudicis & Rabinorum libris probanda, quibus Raymundus passim in Judaeos utitur ex Judaeis) ut nemo statim non intelligat, quanto jure vester sit, & dicatur Raymundus. Hos inter caeteros, ut gratiae, ita & debitum profitebatur Ordo noster universus, aeternumque sibi, tibique gratulabitur, quod tantum talemque obtinuerit in Raymundo gloriae suae vindicem. Caeterum ut vestra illum sollicitudine jam sub praelo sudare gaudeo, sic ut ipsi, tuoque in illum labori & gloriae desideretur nihil, quantum in me erit efficiam. Quae enim in nostro seu Fuxensi exemplari desunt, jam curavi ex Neapolitanis suppleantur, & Rabini qui apud vos non extant, tum Romae, tum Venetiis conquirantur; nulla mora ad vos, si occurrant, transmittendi, nulli omnino labori parciturus, aut sollicitudini, modo tibi placiturum aut profuturum intellexero nedum hacce in negotio, verum etiam quocumque vocaverit tui nominis dignitas: quae ut meis semper votis erit superior, quantacumque esse possit, sic nunquam non praestabo & poterit, & officii mei, tum Ordinis, ut in dies amplius in eam felicitatem crescat, & confirmetur; quae vel meo aptem ipsi soliter, hoc est, vera, & aeterna. Vale.

Datum Romae in Conventu Sanctae Mariae super Minervam XIX. Octobris 1648.

Illustrissime Domine

Humilis & obsequens in Christo servus
Fr. Thomas Turcus Magister Ord.
FF. Praedicatorum.

MAR-



Antonius Maria Pallavicinus Cremonensis
Patriarcha Antioch. Praeceptor S. Spiritus
Obiit die 23 Julii an. 1749 aetatis suae 76.

D . O . M

ANTONIO M. EX MARCHIONIBVS PALLAVICINIS
PATRITIIS CREMONENSIBVS
PATRIARCHÆ ANTIOCHENO
ORDINIS S. SPIRITVS GENERALI MAGISTRO
ET NOSOCOMII PRÆCEPTORI
RELIGIONE IN DEVM
STVDIO IN ROMANAM SEDEM
CHARITATE IN PAVPERES INSIGNI
A. M. MARCHIO PALLAVICINVS CLAVELLVS
PATRVO AMANTISSIMO MŒRENS P.
OBIIT X KAL AVG MDCCXLIX
ÆT AN LXXVI



MARCHIONI
MUTIO PALLAVICINO CLAVELLO

FR. THOMAS AUGUSTINUS VAIRANI ORD. PRAED. F.



Uod aliis mea voluntate contingit, ut patienter ob humanitatem ferant, quæ in illustrandis monumentis Romæ nostris Civibus positis scribo, ad eosque mitto; contra, necessitate quadam compulsus, nunc tibi molestus sum Muti Marchio spectatissime. Hanc vero ut tu æquiore etiam animo molestiam feras, res ipsa suadet. Amplissimi enim Præsulis Antonii Mariæ Pallavicini monumentum cui nam, nisi cl. illius Pronepoti offerrem? Itaque mihi hanc veniam dabis. & quoniam ea, quæ persequor, ad genus tuum maxime pertinent, illud intelliges, diligentiorem quidem desiderari in me latine scribendi rationem posse; voluntatem autem erga te meam, atque erga eum Præsulem immortali memoria dignum, esse non posse majorem. Gaudeo autem id negotii sic mihi esse agendum, ut ea de præstantissimo viro prædicem, quæ & satis testata sunt, & extra invidiam posita. Miro enim Romanorum consensu ita commendatur, ut nemo magis; suntque Romæ hoc etiam tempore complures, qui tantum virum optime noverunt, atque intima illius familiaritate uti consueverunt. Quo fit, ut quæ de illo opinio pietatis erat, & virtutis,

dum viveret, eadem testimonio gravissimorum virorum mirifice confirmata sit, & posteritati tradita, & immortalitati. Igitur talem illum dicam, qualis Romæ adhuc per ora hominum fertur, qua certe nulla aptior est, tutiorque viri celebrandi ratio.

Antonius M. Cremonæ natus est anno 1674. genere antiquissimo. Eadem enim est progenies, quæ aliorum Romæ, & Genuæ maxime florentium Pallavicinorum, Adelberti scilicet Germani, qui cum uxore Adelaide Othoni III. Imperat. affinitate conjuncta, in Italiam venit an. 980., neque usquam discessit; sed stirps illius, aucta prole, in tres abiit propagines, ut harum rerum scriptores narrant, tuæque origo ipsa, Muti Marchio præclarissime, subtexitur genealogia, quam manuscriptam novi in archivo servari domus tuæ. Hac Antonius M. stirpe generatus, cum majorum, tum multo magis propria virtute claruit. E sinu parentum prima adolescentia avulsus, sedem, & domicilium studiorum habuit nobilissimum S. Antonii Brixiense Collegium, ubi per omnem honestarum artium cultum plures annos transegit. Mediolanum deinde missus id solum visus est omni sedulitate agere, ut scilicet pietatem, & humanarum, divinarumque rerum studia coleret: a cupiditatibus enim aberat omnino, quæ animum a virtute detorquent. Posteaquam in Ticinensi Regia Academia Doctoris Iuris utriusque lauream impetravit, Romam se contulit hoc ineunte sæculo, instituens Deo unice, & Ecclesiæ inservire. De muneribus, quibus Romana in Aula perfunctus ad annum usque 1737. fuit, breviter, atque capitulatim dicam. Clemens XI. illum statim Domesticum, & honoris, ut vocant, Prælatum habere voluit; deinde anno 1711. die 24. Sept. Signaturæ utriusque Referendarium dixit. Jam vero ab Innocentio XIII. iis, qui suffragium ferunt in Congregatione Signaturæ Gratiæ, idem anno 1722. annumeratus est; postque annos fere duos a Benedicto XIII. die 11. Sept. an. 1724. Archiepiscopus Naupacti renunciatus, ac Dominica prima Octobris consecratus, mox mense Decembri die 17. Assistens Solio Pontificio dictus. Quum autem is Maximus, Optimusque Pontifex a se constitutæ Congregationi demandasset, ut de fide, quæ in Missis ex legato celebrandis servari debet, diligenter in Romana ditione quæreret, Antonium M. (quem paullo ante a Secretis Congregationis Visitationis Apostolicæ creaverat) a Secretis ejus quoque Congre-

ga-

gationis esse voluit. Quasi vero hæc alacriter, & egregie obeuntem Pallavicinum nunquam fatigandum Pontifex Optimus exsultans animadverteret, eundem in amplissimum Romanæ Inquisitionis, ut vocant, Consultorum cœtum recensuit, quod accidit die 13. Febr. an. 1728.

Virtutibus Pallavicinus eminuit, quibus erat ad omnia comparatus. In primis rerum Ecclesiæ administrandarum serum reputabat gravissimum esse negotium, non solum naturali quadam ductus modestia, sed maxime divinorum judiciorum timore. Quamobrem aperta aliquando testatus est, paucis se Romæ diebus fuisse moraturum, si dignitatum, & rerum gerendarum sitis illum cœpisset. Noverat enim omnem vitæ rationem perverti, divitiarum, honorum, & gloriæ cupiditate, in quo plures sibi felicitatem fingunt opinionis errore. Jam inde ab initio sic vitam instituit (nihilque mutavit, quoad vixit) ut Ecclesiasticæ Disciplinæ, rerumque divinarum studio incumbens, Mysteriorum Fidei meditationi summo mane, aliisque Religionis officiis pluribus horis vacaret, tum, quibusque annis, decem ipsos dies abditum locum peteret, ut se totum Deo traderet, & ad munera obeunda alacrior rediret.

De pietate autem Pallavicini Præsulis quæ potissimum dicam, vel quæ silentio prætermittam, nescio. Audio enim a multis ita collaudari, ut non solum illi nemo anteferretur, sed Prælatorum perfectum exemplar, etiam dum viveret, prædicaretur. Id suavitate morum efferit, & ea, qua ita usus semper est, moderatione, ut pari fastigio steterit quavis auctus dignitate. Liberalis erat natura ipsa, & virtute, nulla ductus gloria, ut beneficus videretur, neque calliditate, quasi rerum cupidus, aut denique levitate, ut fariunt ii, qui libenter munera accipiunt, ut habeant quod effundant. In Antonio videtur perfecta virtus fuisse liberalitatis neque enim erat major illius benignitas, quam facultates, neque, ut aliis prodesset, divitias quærebat. Nulla tum solum lege tenebatur, quum de ope calamitosis ferenda ageretur. Pauperes enim illum veluti patrem habuerunt. Eadem sunt justitiæ, & æquitatis, & innocentiæ illius testimonia. Sic autem hæc temperabat, ut nec iracundia ad severitatem duceretur, nec severitate mansuetudinem, & clementiam removeret, sed mediocritatem tenebat. Idem illi semper vultus, eademque

Z 2 frons,

frons, in qua ſemper facilitatem, & humanitatem cum gravitate conjunctam, candidos denique, ſanctoſque mores perſpexiſſes.

Pietati doctrinam, & prudentiam adjunxit, quibus ad tot præclare obeunda munera mirum in modum compoſitus fuit. Ea eſt Conſultorum Romanæ univerſalis Inquiſitionis dignitas, eaque rerum ab illis tractandarum moles, ac difficultas, ut ſpectatiſſimis, doctrinaque præſtantibus viris deferri ſemper conſueverit, ut nemo dubitet Theologicis in primis doctrinis, tum juris utriuſque prudentia præſtare oportere illum, qui in eorum cœtum adlegitur. Neque minus valent diſciplinæ ſtudio, qui Congregationem Viſitationis Apoſtolicæ conſtituunt. Hæc enim Congregatio præſto eſt Pontifici Maximo, uti Romæ Epiſcopo, idque efficit quod Synodi, & Epiſcopi in aliis Eccleſiis diſciplinæ tuendæ, morumque corrigendorum cauſa. Porro is Pallavicinus, aliiſque egregie perfunctus eſt muneribus, ut plurimum non prudentia modo, atque conſilio, ſed etiam doctrina, operaque valeret.

Splendore pulchritudineque virtutis clariſſimum Præſulem Clemens XII, an. 1737. prorſus inopinantem Noſocomii, & univerſi Ordinis S. Spiritus in Saxia Magiſtrum conſtituit. Splendidæ hujus dignitatis adminiſtrationem perdifficilem tempora fecerant. Quamvis enim domus illa opibus abundans in publicam utilitatem magnos ſumtus effundere ſemper potuerit, ita tamen per id tempus maleverſa erant, & perturbata omnia, ut domum univerſam in maximum diſcrimen hominum malitia adduxerit. Cardinali Porziæ paullo ante, ut rem cognoſceret, atque componeret, Clemens ampliſſima demandaverat poteſtate. Præſulem vero non alium Noſocomio, omnique domui præficiendum duxit, quam Pallavicinum, in quo excellentem virtutem eſſe perſpiciebat. In Tuſculano ille perumper quieſcebat a curis, quum die 1. Octobris nuncium accepit, ad tantam provinciam, talique tempore capeſſendam, ſe ab optimo Pontifice delectum fuiſſe; cui, ut rem perpendit, magis obſequendum ſibi eſſe ſtatuit propter caritatem afflictæ domus, quam ob rei difficultatem repugnandum. Magnam ſtatim a prædicto Cardinali iniit gratiam cum propter integritatem vitæ, tum propter diligens in rebus agendis, & prudens ſtudium. Non modo omnium conſiliorum, voluntate illius, & Pontificis Max., particeps fuit, ſed rei univerſæ reſtituendæ magnam operam ingenio, ſolertiaque contulit. Inſtans periculum brevi tempore depulſum. cæ-

te-

teræ res pari prudentia paulatim refectæ; tardiora enim sunt remedia, quam mala. Illud initio dignum memoria egit, ut sibi primum detraherentur multa, quæ ad domesticum Præceptoris cultum conferri ære communi consueverant. Qua re id commodi captum est, ut stipendia cæterorum minui facile potuerint. Neque inde minus liberalis in omnes fuit: avitæ enim illi copiæ suppetebant etiam ad largiendum. Nulla autem fuit universæ domus pars, quam non juverit opibus suis: nullus denique calamitosus, qui aliquod indigentiæ levamen ab illo non retulerit: neque vero quisquam fuit tam humilis, cui non ad eum aditus pateret. In iis, quæ cultus domesticus desiderat id quidem constituerat, ut omni diligentia munditiem sectaretur; affluentiam tamen refugiebat, illumque splendidum dixisses, non magnificum, & sumptuosum. Clemens fuit admirandum in modum, tantaque præditus suavitate, ut irasci alicui nefas duceret. Quum autem tantam rerum gerendarum curam sustineret, diem unum præterire non sivit, cujus binas saltem horas Religionis officiis, pluresque operibus pietatis non tribueret. qua re incitabat alios exemplo suo, & in officio continebat, ut non minus bonus paterfamilias in tam magna domo haberetur, quam vigil animarum pastor. Atque hæc non audita, sed ab iis cognita prædicamus, qui propter familiaritatem domesticis piissimi Præsulis rebus interfuerunt. Deiparam sanctissime colebat, cujus imaginem vetustissimam in ipso domus S. Spiritus templo servatam, & miraculis commendatam, ut populus majore pietate veneraretur, memoriam veterem renovavit, juxta posito lapide cum hac inscriptione.

BEATÆ VIRGINIS MARIÆ
IMAGINEM
VETVSTATE ET MIRACVLIS CELEBERRIMAM
PASCHALE ET LEONE IV. PP.
INCOLVMEM INTER FLAMMAS SERVATAM
CAPITVLVM S. PETRI ANNO DNI MDCLV.
AVREA CORONA DONAVIT
A. M. ARCHIEPISCOPVS NAVPACTI
PRAECEPTOR GENERALIS ORDINIS
S. SPIRITVS IN SAXIA
AD ILLIVS CVLTVM AVGENDVM
M. P. ANNO MDCCXL.

Apparet jam omnibus, Clementem XI. cæterosque Pontifices Maximos mirabiliter consensisse ad Pallavicinum augendum, atque honestandum. Hac vero esse singulari quadam laude efferendum videor mihi posse contendere. Sed illos antecessit Benedictus XIV., qui præmia virtutis, & meritorum summis honoribus Pallavicino tandem conferenda esse intellexit. Sacro enim Cardinalium Collegio eum adscribere decreverat anno 1742. Sed quum per id tempus optimus Præsul nescio quo laboraret stomachi vitio, falsa de illius adversa valetudine ad Pontificem Medici ipsi decepti, ut fertur, detulerunt. Quare alteri obtigit Pallavicino decretus honor. Id ipsum tamen homini satis esse puto ad gloriam virtute, & meritis partam: memoriam enim virtutis permanere, honorum vero, atque dignitatum videmus morte evanescere. Paucis fere diebus Pallavicinus convaluit; qui rumorem de ea re ita despexit, ut majori nemo potuisset hilaritate lætum nuncium accipere. Illum statim Benedictus Pontifex Max. Patriarcham creavit Antiochenum, & Congregationi adscripsit examinis, ut vocant, Episcoporum, hæc adjungens aliis laudatissimi Præsulis muneribus, quibus raro unus perfungitur. Omittendum hoc loco non est, Pallavicinum, cumprimum intellexit se ab optimo Pontifice Patriarcham renunciatum, suos animi sensus ita aperuisse: magni facienda, quæ Summus Pontifex honoris dat insignia; sed hæc sibi seni nullam afferre jucunditatem; plurimum contra habere quod doleat, impensam scilicet pro dignitate faciendam, non exiguam auri vim suis adimere puellis. Multum enim opibus suis juvabat spurias, vel parentum ignaras puellas, quas domus S. Spiritus excepit, alit, atque ad connubia contrahenda adjuvat dote constituta.

Interea compositis Nosocomii rebus Pallavicinus curam, operamque impendit omnem, ut communes eidem utilitates compararet, fautore Pontifice, apud quem multum gratia, magnisque meritis valebat. Ostium domus servando Nosocomii ærario, ut imposterum militibus custodibus sepiretur, effecit. Auctor etiam fuit Pontifici, ut Nosocomii ædes ampliarentur, commodiora multa fierent, cœmeterium denique & nova forma, & longius a domo ædificaretur. Illas ædium partes, quas prædictæ puellæ incolunt, ampliatis operibus aptiores reddidit, & elegantiores. Bullam ab eodem Pont. impetravit, qua decretum est, ut Canonici Ordinis S. Spiritus, qui in Regnis

His-

Hispaniæ, & Poloniæ degunt, suis posthac uterentur rebus, nulla Romanæ domus, & Generalis Magistri habita ratione. Non levis Magistro, ac Præceptori inde adempta molestia est, quod ii Canonici Romam advenientes, hospitio in ædibus Nosocomii uti vellent, operamque peterent Magistri in rebus dijudicandis, & componendis, quæ ad eorum jura pertinere existimassent, quæque, contendentibus etiam Episcopis, incerta reddebantur. Igitur Romæ abjecta eorum cura omnis ad ipsos locorum Episcopos delata est, his conditionibus, ut integer haberetur titulus generalis illius Ordinis Magistri, quo Romanus præceptor gaudebat, & singulis annis ab unaquaque Canonicorum domo quatuor scutatorum, ut vocant, aureorum census solveretur. Tali modo quinquaginta annos in Romana Curia Pallavicinus noster versatus erat, septimum vero, & septuagesimum ætatis attigerat, quum nulla erumpente, sed magna latente, atque enitente vi morbi, repentino interitu ex hominum conspectu decessit an. 1749. die 23. Julii, ea hora, qua evigilans divinas res mente revolvere solebat. cubicularius enim, qui primus omnium lecto illum jacentem horrens animadverit, librum apertum juxta habentem conspexit. Domus universa subito luctu occupata, omnisque vulgato illius mortis nuncio, commota Urbs. Ita omnibus ordinibus propter opinionem virtutis, ac pietatis probatus, & acceptus erat, ut nullus non dederit indubia mœstitiæ, ac doloris signa. Elatus est magna pompa funeris, maximaque vulgi frequentia. Eo autem die, ut testamento mandaverat, pauperibus, qui patrem se amisisse clamabant, non modica dispertita pecunia. Sepultus est in templo S. Spiritus juxta gradus Aræ majoris, & lapidem eum inscriptione, quam ære insculptam edidi, Antonius M Marchio pater tuus, Muti egregie, posuit. Cremonæ in amplum funus tota civitas exivit, & laudationem demortui præstantissimi civis habuit Joannes Ignatius de Ambrosiis Societatis olim Jesu alumnus, quæ typis Cremonensibus vulgata est. In illa autem nihil est redundans, nihilque, quod non ego Romæ melius cognoverim plura contra addenda comperi, quæ nunc proferre licuit, unde cives nostri Præsulis optimi, qui patriam virtute, dignitate, honoribus illustravit, absolutam, quam ille inchoavit, imaginem conspiciant, quibus ipsius quoque, ære incisum, transmittimus simulacrum, ex tabula depicta in Sacrario Templi S. Spiritus.

Tibi

Tibi vero Muti Marchio ornatissime in primis gratulandum nemo non fatebitur, quod in iis, quos antiquum genus tuum edidit, clarissimis viris, Antonius M. dignus habitus sit, qui pari omnium virtutum laude feratur. Gaudendum vero etiam mihi magnopere intelligo, cui id fortuna dedit, ut de illius rebus gestis hæc scriberem, teque hoc tempore talem virum haberet amplissima Pallavicinorum familia, cui monumentum quoddam observantiæ meæ, meque ipsum fidenter committerem. Vale.

Dabam Romæ XV. Kal. Octobris an. MDCCLXXV.



JO-



C. V. C.
Θ . EVPHEMO BATHIO . P . A.
HISTORICO . ET . POETÆ.
COLONIA . CREMONENSIS . DEDVCTORI
ET . VICECVSTODI . RM . POS .
OLYMP . DCXXXI . AN . III
AB . A . I . OLYMP . XV . AN . II



JOSEPHO MARIÆ DE LUGO

CONGREGATIONIS DE SOMASCHA

COLONIÆ ARCADUM CREMONENSIUM VICECUSTODI

FR. THOMAS AUGUSTINUS VAIRANI ORD. PRÆD. F.



Xtant Romæ etiam in amœnis Musarum recessibus monumenta Cremonensium. Hæc tibi offerenda esse, erudite Joseph de Lugo, eadem ipsa postulant, vel hoc solum nomine, quod Cremonensis Arcadum Coloniæ spectatissimus Vicecustos præes. Hæc scilicet tibi Congregationis de Somascha alumno cl. laudis accessio facta est, quod eloquentia, & poesi præstanti (cujus illustre specimen extat tom. 2. latin. Arcad. Carm.) eam Coloniam tibi jure, & merito regendam cœtus tradidit universus. Ingenia ad artes optimas (quod hic liceat interponere) Cremona semper extulit. Quibus non major quidem severioris doctrinæ, quam Poetices laus debetur. Aurea Leonis X. ætate, quam solum commemorabo, M. Hieronymus Vida, Benedictus Lampridius, Gabriel Faernus Romæ floruerunt, dum in Insubria pari ferebatur laude Ælius Julius Crottus *poeta acrior interdum, & liberior, sed latini coloris gnarus, ac peritus*, quod obiter notavit cl. Hieronymus Ferrius Longianensis in Commentario de Alexandro Sardio Romæ fere in his diebus edito. Id mihi vere videor posse contendere, Cremonenses post Augusti tempora non habere quod aliis invideant

urbibus, sive numerus spectetur, sive excellentia latinorum poetarum, quos nemo superavit. Sed plura persequi prohibet festinatio, ut id exponam, quod exorsus sum. Francisco Arisio nostro positum plane monumentum in Parrhasio Arcadum Romanorum nemore videmus *Euphemi Bathii*, quo ipse appellabatur, nomine. Cujus rei quæ causa fuerit, breviter narrabo. Marius Crescimbenius illustrium Arcadum vitas vulgari sermone vel ab ipso scriptas, vel ab aliis acceptas typis edere instituit anno 1708., quarum vitarum collectio ad quintum tomum perducta fuit an. 1751. Arcadi, cujus vita probata esset, cœtus universi consulto decernebatur inscriptio cum effigie in Parrhasio nemore collocanda. Ne Patriæ nostræ hoc decus deesset, quoniam Franciscus Arisius illustris in Arcadia fuerat; Thomas Augustinus Ricchinius Magister S. Palatii avunculus meus vitam illius scripsit; qua a Censoribus perlecta, & re ad universum cœtum delata, lapis summo plausu eidem constitutus fuit, cujus forma edita est una cum illius vita an. 1751. parte quam dixi quinta.

Jam inde ab adolescentia Arisius musas secutus est, attulitque ad hanc facultatem, præter ingenium, nativum quemdam leporem. Natus anno 1657. incidit in ea tempora, quibus indociles poetæ spretis non solum græcis, & latinis, sed etiam italis in Apollinis aula principibus viris, imaginationi temere indulgebant, atque hac illac inani murmure vagabantur, stylo utentes turgido, tropisque, ac immanibus figuris, quæ, veluti portenta, sequens ætas profligavit. Ita tamen immoderati illi Poetæ, & Oratores, quibus eadem monstra in deliciis erant, sibi sapere videbantur, ut sanos se esse, &, quum delirarent, se longe superioribus anteire arbitrarentur. Quo apparet homines sæpe præjudiciis abripi; & quo tempore sibi maxime illi lucem effulgere gloriantur, fortasse monendi sunt Evangelii verbis, *vide ne lumen, quod in te est, tenebræ sint*. Arisius id habuit a fortuna, ut in ipsa juventute renascentes in Italia literas cognoverit, easque arripere potuerit. Romæ instaurata Arcadia anno 1690. suos poesi restituit colores, novamque literis lucem afferre visa est, quæ ingenia excitavit Italorum, atque, ut in viam redirent, commonstravit iter. Academiam Arisius instituerat Cremonæ anno 1676. quæ *de i Disuniti* appellabatur, de qua Garuffus multa scripsit in sua Italia Academica p. 2., ipsoque Arisio Principe cla-

claruit, ut tum ferebant tempora. Politiores inde musas gratiarum ductu feliciter excoluit, & inter Romanos Arcades Euphemii Bathii nomine connumeratus, multa vulgavit, ex quibus possis judicare illum non ultimum Pastorum locum obtinuisse. Ex illis quædam extant to.VII. italicorum Arcadiæ carminum, & in collectionibus, quæ Faentiæ anno 1723. & Venetiis prodierunt an.1739. tom.IV. auctore Gobbio. Hæc, & minutiora omnia descripsit cl. Comes Jo. Maria Mazzucchellius in Epistola de Arisii rebus ad D. Angelum Abbatem Calogerà, qui illam edidit to.XXXI. opusculorum.

Boni poetæ famam hæc Arisio conciliarunt, qua celebriores permotæ in Italia Academiæ sibi illum collegam adjungere honoris gratia decreverunt. Illustrium virorum, ac poetarum amicitias coluit, atque in primis Caroli Mariæ Madii Mediolanensis, & Francisci Lemene Laudensis, cum quibus diu, & familiariter epistolarum commercio versatus est. Interea ut in patria quoque sua, cujus amantissimus semper fuit, hæc studia literarum alerentur, Arisius curam omnem, operamque contulit. Priore illa, quam ipse instituerat, suppressa Academia, auctor Cremonensibus fuit, ut veterum exemplo Coloniam Romanæ deducerent Arcadiæ. Quod quum feliciter contigisset anno 1721. ipse deductæ Coloniæ Vicecustos omnium plausu fuit constitutus, eamque, quoad vixit, non modico juventutis Cremonensis bono rexit, ac fovit.

Hactenus de Arisio Musarum cultore scripsimus, & quæ causa fuerit, cur eidem poneretur in Arcadia a nobis editum monumentum, plane exposuimus. Nunc, quoniam aliis etiam claruit nominibus, docti scilicet Jurisconsulti, & historici diligentissimi, plura a nobis essent persequenda, quæ ad imaginem præstantissimi civis, & de literaria Republica benemeriti viri perficiendam pertinent. Sed quum illius vita, ut supra significavimus, in manus hominum pervenerit, eadem a nobis recoquenda fore non arbitror. Ex ea apparet præcipua Arisium ferri laude, quod patriæ studiosissimus fuerit, ejusque tuendæ, augendæque claritati, & famæ, ingenium, laborem, & operam omnem suam contulerit. Inter Decuriones urbis adlectus florente ætate, munus *Conservatoris Ordinum*, quod uni illorum defertur præfinito legibus biennio, ipse per annos trigintasex mira omnium voluntate obivit; in quo summam prudentiæ, &

in rebus agendis peritiæ laudem est consecutus. De historia autem literaria Cremonensium quid dicam, singulari ab ipso diligentia conscripta? Tribus voluminibus illa concluditur, quorum duo priora typis Parmensibus edidit an.1702. & 1705. Illustres doctrina & eruditione Cives ab ultima urbis origine ad hanc ætatem ordine enumeravit, notans qua quisque facultate præstans, quæ obiverit munera, quæ reliquerit ingenii monumenta, quæ eruditorum judicia retulerit, quibusque temporibus floruerit, quo loco, ac tempore decesserit, & quo conditus monumento. Tantas vero res plerumque nullo præeunte scriptore, longaque obducta nocte delitescentes, Arisius protulit in lucem. In actis eruditorum, quæ per id tempus Venetus prodibant to.x. & XXXI. sua illi constat laus. Par est de Arisiano opere commendando Lypsiensium judicium. Qui tamen, quum severius censuræ præessent, elegantiam se in illo, diligentiamque majorem desiderare pronunciarunt, quorum hæc est sententia part.2. pag.337. an.1746. Kal. Jun. *Non quidem placebit elegantioribus lectoribus ejus scribendi genus, iisdemque gratius futurum erat, si vitam cujusque scriptoris exposuisset diligentius, nec ipsos emortuales annos plerumque præteriisset silentio. Tamen cupide exceptum iri credimus hoc opus, cum, ut Plinius ait, historia quoquo modo scripta delectet.* Hæc ipsa primum, quæ illis arridet, responsio est, eruditos, & elegantes lectores delectari quidem, si stylum suavitate, & leporibus conditum scriptor historiæ gustandum exhibeat, sed illum non multum desiderare, si desit. Natura ipsa ingenitum nobis est historiæ oblectamentum, ut nulla alia re alliciente narrationem rerum libentissime audiamus, atque legamus. Eruditis, qui clarorum virorum notitiam amant, librum Arisius dedit suum, latino, ut opus erat, sermone, non quasi ex Rethoris, sed Forensis officina, parum sollicitus, an concinnam, & verborum, ac sententiarum flosculis conspersam funderet orationem, dum colore, & succo suo historia pateret. Alterum imprudenter opposuerunt. Nulla enim major Arisio laus debetur, quam diligentiæ, & laboris. Quæ diruta sunt temporis injuria, quæ perdita, quæ mutila, quæ manca ex antiquitate supersunt, restaurare ne, aut divinare historicus potest? Verum maximo in pretio hoc ipsum Arisii opus habendum esse, adversa etiam effecit fortuna. Prioribus enim jam editis voluminibus, casu domus illius incensa anno 1727.,

non

non pauca perierunt ex antiquis monumentis, quæ in suam retulit historiam, ejusque flammæ vi pene absumptum tertium volumen improbo labore refectum edidit anno 1741.

Ad ea quæ Arisius scripsit addendæ sunt vindiciæ Marci Hieronymi Vidæ Albæ Pompejæ Episcopi, calumniæ causa olim a nonnullis vulgatæ, nuper vero recoctæ per Justum Vicecomitem, quod Actiones tres Cremonensium adversus Papienses in causa Principatus, quarum auctor habitus est Vidas, publico decreto flammis damnatæ, ac traditæ fuerint. Extant vindiciæ illæ inter Opuscula Calogerana to. xxii. anni 1740. Vid. quæ scripsimus pag. 27. seq.

Non minus pietate Arisius noster, quam literis claruit, & singulari in patriam amore, quæ vicissim illum honoribus prosecuta est. Hæc si quis cognoscere velit, perscripta sunt in illius vita, quam laudavi. Longissimum ille ævum peregit, tantaque usus est prosperitate valetudinis, & viriditate quadam, ut ad extremum usque tempus tenacis memoriæ fuerit, sensibus integer, & expeditus, jucundus amicis, eademque mentis acie negotia pertractaverit, & carmina composuerit. Decessit viscerum morbo consumptus anno 1743. die 25. Junii annos natus 86. menses 4. dies 22. Vitam illius scripsit cl. Jo. Lami, ediditque an. 1747. to. ii. operis quod inscripsit *Memorabilia Italorum eruditione præstantium, quibus vertens sæculum gloriatur*.

Postremo loco inscriptionem ipsam referam, quam Collegii xii. viri incidi mandarunt positis pro more siglis, quarum græca Θ denatum Arcadem significat.

Cœtus Universi Consulto.

Θ Euphemio Batheo Pastori Arcadi Historico & Poetæ Coloniæ Cremonensis Deductori & Vicecustodi posuit Olympiade 631. anno 3. ab Arcadia instaurata Olympiade 15. anno 1.

Habui hæc de Francisco Arisio, quæ hoc tempore scriberem. Quæ tametsi non ad omnem ejus vitæ rationem exprimendam, sed ad illud proprie, quod edidi illustrandum monumentum valeant, tamen tu Joseph Maria pro ea, qua præstas humanitate, & in rebus istis peritia, si quid mutandum esse videbitur, aut si quid erit præteritum, velim hoc mihi dicas, Quæ enim ad patriam exornandam per-

pertinent, quantum conniti possum, cupio esse perfecta. Antonium Mariam Patruum tuum nobilissimi Clementini Collegii Rectorem non minus generis, quam virtutis claritate conspicuum bene valere, certiorem te facio. Summa illius est apud me auctoritas, cujus sunt & de amplissima Congregatione tua, & de re literaria, atque historica præclara merita. Etiam atque etiam me tibi commendo. Vale.

Dabam Romæ iv. Non. Oct. 1775.



PE-


Defecerunt pr[ae]
lacrymis
oculi mei
Thren X XIII
Venerabilis P MONETA Cremonensis
ORDINIS PRAEDICATORUM
Flor. Anno Æ. C. MCCXXX



PETRO MARTYRI DE RUBEIS

ORDINIS PRÆDICATORUM

IN TOTA EUGUBINA PROVINCIA

CAUSARUM FIDEI QUÆSITORI

FR. THOMAS AUGUSTINUS VAIRANI EJUSD. ORD. S. P. D.



Uum his diebus finem sacris concionibus fecerim, quas in hac amplissima Aula statutis temporibus me habere nosti, ad intermissum studium me retuli, Petre de Rubeis ornatissime, quo nostrorum civium monumenta, quæ Romæ extant, in lucem edere, atque illustrare institui. Nihil porro est literarum, aut eruditionis, quod majore voluptate in vita susceperim agendum, perficiendumque: ita nos allicit amor patriæ, ut jucundum etiam laborem efficiat, & laudem quamdam vel unam hanc rem audenti, ac nitenti promittat, quæ gratissima est sine alio emolumento ac præmio. De Moneta Cremonensi nostri Ord. quidpiam scribere ejusdem instituti est. Non extat quidem tanti viri in Urbe monumentum sepulcri, aut inscriptionis; extat tamen aliquod. Codex is est membraneus, quo descripta fuit sæculo, ut constat, decimoquarto SUMMA FRATRIS MONETÆ DE ORDINE FRATRUM PRÆDICATORUM, qua Catharorum, & Valdensium præcipua errorum capita latine exposuit, & oppugnavit. Volumen istud, sicut ceteram bibliothecam Mariæ Christinæ Svecorum Reginæ, tenet Vaticana n. 428. Res vero ipsa literas postulat tuo

tuo nomine inscriptas, qui eodem, quo olim Moneta, fidei Quæsitoris munere summa laude, & omnibus merito carissimus perfungeris. Nihil autem mihi evenire jucundius poterat, quam ut ad te virum dignitate, doctrina, & religionis studio præstantem de Moneta scriberem; tum vero benevolentiæ erga me tuæ aliquid palam redderem, eamque necessitudinem commemorarem, qua ab ineunte juventute multis nominibus, ac ipso denique amicitiæ profiteor me tibi conjunctissimum. In mentem veniunt ea tempora, quibus Mantuanum nos Cœnobium tenebat; te quidem rerum Theologicarum tironibus instituendis peritis, ac eruditione, tum mira comitate, suavitate morum, atque integritate jam florentem; me vero imberbem, & plenum nugarum, exempla tamen eorum suspicientem, quos revereri necesse erat. Quæ dum animo revolvo, toties occurrit vir clarissimus Fidei & ipse Quæsitor apud Mutinenses Raymundus Migliavacca, cui traditus fui philosophicis disciplinis imbuendus. Utinam vero tantum profecissem, quantum ille vel monebat, vel alliciebat, vel demum impellebat ipsa, qua præstabat, in rebus quibuslibet pertractandis eloquentia, gravitate, facilitate, patientia. Quod denuo dicendum mihi est, dum illum Cremonæ audivi Rethoricæ artis præcepta tradentem. Qua ille facultate, ut cætera prætermittam, adeo præstat, ut omnia quæ ad dicendi artem pertinent, natura fautrice, sit assecutus, atque perfectus Orator merito habeatur. Inest illi ad hanc eloquentiæ laudem doctrina summo studio, & labore comparata, ac mentis acies, qua omnium argumentorum vim, naturamque cernit; eidem latera, vires, ipsaque actionis contentio ad commiserandum, ad arguendum, ad deterrendum. Animos commovens leni, ac summissa oratione, idem improbos acriter insequens, terrens, supplicans, & quosdam quasi aculeos in animis eorum relinquens; quam se cumque in partem dat, vi, acumine, copia, gravitate, suavitate semper excellit. Insigniora Italiæ illum suggesta habuerunt; idque ei contingere consuevit, quamdiu dixit, ut concursus non modo ex tota civitate, sed aliis etiam ex locis fieret, completentur templa, & multiplex corona eum admiraretur. In his commemorandis summa nos cum voluptate versamur, dum scilicet tibi Petre Martyr ornatissime observantiæ, & amoris erga te nostra aliquod monumentum damus, &

Præ-

Præceptori olim nostro nequaquam pares illius beneficio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam hoc loco, debitamque referimus. Sed redeamus jam in viam.

Monetæ vir pietate, & doctrina præstantissimus Ordini nostro paullo ante instituto nomen dedit Bononiæ, ubi magno Academiæ plausu philosophiam docebat. quod non sine quodam divini Numinis singulari afflatu accidisse proditum memoriæ est. Quum enim se nulla a re magis quam a disciplina Cœnobitarum abhorrere dixisset; tamen Reginaldum Aurelianensem Ord. Præd. de rebus divinis ad populum concionem habentem audiens, repentino consilio mirabiliter ejus mutata est voluntas, ut nulla interposita mora statuerit illud vitæ genus inire, quod sanctissimi viri Dominici probatis legibus continebatur. Id vero an. 1220. perfecit. Cremonam felicem omni laude ingeniorum parentem illum genuisse ejus ætatis scriptores tradunt. quo tamen gens illius fuerit loco apud Cremonenses non commeminerunt, quia fortasse in tanta nominis celebritate, virtutisque splendore minus æstimantur quæ a fortuna sunt. quod utinam omnes intelligerent, scilicet, nisi quæ agimus virtute explendeant, omnem inanem esse gloriam genere, ac divitiis, & honoribus partam. Ejusdem nominis familia apud Mediolanenses, quam hanc nostram esse, quæ sequutis temporibus illuc commigraverit, multorum opinio est. Cremona id sæpe tulit, ut civium propagines Mediolani, suis etiam eo translatis fortunis, deinceps efflorescerent; ex quo accidit, ut qui nostri sunt, sibi ea urbs vindicet, quod de Gregorio XIV. alibi scribens notavi. Ne vero aliquis id temere dictum putet, vel nimio in patriam studio, verba proferam viri cl. Mauri Sartii Abbatis Camaldulensis ex libro de claris Archigymnasii Bononiensis Professoribus pag. 497. ubi nostrum Monetam celeberrimum philosophiæ doctorem laudat, " Cremonensium, ait, vel maxime hoc quoddam veluti fatum est, ut illustriorum civium doctrina alias civitates sæpenumero impertiant, priventur etiam aliquando splendore familiarum, quibus civitatis principis domicilium ad majorem famam comparandam aptius videtur. Sed civitatis amplissimæ gloriæ haud magnopere illud obesse potest, cum novos semper hujusmodi fœtus ex se promat, neque ipsa ad quamdam miseriam, & squalorem relinquatur. Si quæ vero Acade-

„ nia, hæc certe nostra plurimum eidem debet: nam Bononia sinu „ suo excepit tot ejus alumnos, qui egregiis suis laboribus eamdem „ plurimum illustrarunt, quemadmodum ex cujusque disciplinæ Pro- „ fessorum serie intelligere licet. Et quidem nescio an ullus ex iis „ cum Ven. Moneta comparari possit, sive pietatis, sive doctrinæ „ consideratio suscipiatur ".

Ordini Prædicatorum adscriptus pietatem, & divinas literas pari studio Moneta coluit, & Dominicum æmulatus brevi tempore religionis zelo, & doctrina adeo valuit, ut adversus hæreticos præsertim Catharos, atque Valdenses, qui tum maxime Ecclesiam divexabant, acre bellum susceperit, eosque insecutus strenue fuerit, & oppugnaverit. Eum propterea laudatus Sartius Theologis accensens hæc scribit. " Novam, quam susceperit vitæ rationem, novo etiam „ studiorum genere, & magis ad eam accommodato ornatam vo- „ luit. Itaque philosophia valere jussa, totum se sacris disciplinis „ addixit; & quidem ita felici conatu, ut famam, quæ de eo fue- „ rat in Philosophia, facile vinceret alia, quam in Theologia sibi „ comparavit. Crediderim sane ipsum Bononiæ inter Dominicanos „ suos commorantem sacras disciplinas nostris tradidisse, in quibus „ statim excellere visus est. Certe Leander Albertus (lib v. histor.) „ id affirmat, additque exterorum etiam, atque in primis Roma- „ norum Procerum concursum ad eum factum, ut admirabiles de „ Theologia lectiones ex ejus ore exciperent". Quo vero ille in tota Insubria adversus Catharos, & Valdenses munere functus fuerit; quam fortunato ausu Peraldum ejus factionis principem, qui insidiis illum interficere studebat, comprehenderit, quod omnibus mirabile visum est; quæ illius fuerit cum Dominico auctore Ordinis ob ipsam morum similitudinem conjunctio; quid in illo sene duritia vitæ, ac jugis lacrymarum vis effecerint, ut scilicet oculorum lumina amiserit, aliaque plura hoc loco non exponemus. Etenim harum rerum cupidis Petrus Maria Domaneschius satisfecit in libro *De rebus Coenobii Cremonensis Ordinis Prædicatorum, deque illustribus, qui ex eo prodiere, viris*.

Sed pauca dicenda omnino sunt de Summa Monetæ, quam ex Vaticano aliisque Codicibus, Th. Augustinus Ricchinius Magister S. Pal. Avunculus meus summo studio, ac diligentia edidit Romæ amplo

vo-

volumine an. 1743. Nihil ille prætermisit, quod esset ab eruditis doctisque lectoribus desiderandum. Nam de ratione operis prælo demandandi primum egit; deinde quæ ad auctoris vitam & scripta pertinent, exposuit: demum duabus dissertationibus originem, errores, moresque Catharorum, & Valdensium stili, quo excellit, nitore, puritate, & elegantia, critices peritia, eruditionis copia, & delectu, multisque præclaris ex historia erutis monumentis complexus est, ut edito operi magna ex illius lucubrationibus laus accesserit, quod palam fecerunt acta eruditorum Romæ, Florentiæ, & Lypsiæ ad annum 1744., eaque de causa doctissimi viri Ricchinio gratulati sunt, Joseph Augustinus Cardinalis Orsi in libro de vita & rebus gestis sociorum sanctissimi parentis Dominici, quem a Tourono gallice scriptum, ipse italice reddidit, Joan. Chrysostomus Trombellius Abbas Congregationis Rhenanæ S. Salvatoris to. 1. anecdot., laudatus Sartius, & alii. Apposuit vero etiam notas uberrimas, quæ vel loca SS. Patrum indicant, quibus Moneta consentit, vel errores illorum veterum hæreticorum a recentioribus renovatos ostendunt, quo in laborioso negotio perficiundo Ricchinius multum se debere cl. Thomæ Mariæ Mamachio professus est. Hoc veluti regio ornatu in lucem educta est Monetæ Summa adversus Catharos, & Valdenses. Jam illius si modum orationis spectes, non sane concinnam, non urbanis salibus conditam, non elegantem, immo vero dices incultam, & paullo rudiorem, ut tum erant tempora "at neminem fortasse „ reperies, inquit Ricchinius, qui tanta rerum copia, argumento„ rum pondere, ac vi adversus eas pestes disputaverit". His adjungam viri doctissimi Pii Thomæ Schiara a secretis Congreg. Indicis gravissima verba, quibus editionem operis probans, totam Monetæ differendi rationem complexus est. " Summa illi vis, inquit, & acu„ men ingenii ubi ratione decertat ubi vero Scripturarum autho„ ritate pugnat, tanta affluit locorum frequentia, tanta opportuni„ tate illi obvia, & præsto sunt, ut quod initio profitetur, divini„ tus sibi inspirata sacrorum librorum testimonia, legenti facile pro„ bet. Tanto autem robore & copia argumentorum adversarios ve„ xat, atque perstringit, seu Philosophum agat, seu Theologum, „ ut ne rimulam quidem illis elabendi sinat". Simili ratione librum Monetæ qui legerunt, faciunt tanti, ut difficile sit in eo disputandi genere parem invenire. Sed de Moneta satis.

Nolo autem epistolam hanc meam patriis monumentis carere. Itaque duas ad te mitto inscriptiones marmori insculptas, quas nuper reperii in Templo Deiparæ nomine sacro in ipso Portæ Flaminiæ ingressu. Georgius Ferrarius, cujus est apud nos nobilis gens, priorem Olympiæ Mangoniæ conjugi posuit in pariete ad latus Aræ maximæ dexterum cælaturis ornatam, ipsaque conjugis suæ picta effigie, & insigni gentilitio utriusque, eaque est hujusmodi.

D. O. M.
OLYMPIAE . MANGONIAE . R.
RELIGIONE . HONESTATE
PVDICITIA . MOR . SVAVITATE
ORNATISSIMAE
GEORGIVS . FERRARIVS
CREMONENSIS . CONIVNX
CONIVGI . LECTISSIMAE
QVACVM . CONIVNCTISSIME
AC . IVCVNDISSIME . VIII. AN. VIXIT
MOESTISS. POSVIT
OBIIT . III. NON. MARTII. ANNO
AETATIS . SVAE . XXIX.
SALVTIS . VERO . MDLXXXII.

Georgius Ferrarius Bibliopola, Arisio teste, sepulcrum in eodem Templo, eodemque anno sibi vivens, posterisque suis fecit. Inscriptionem in lapide sculptam ipse Arisius edidit to. 2. pag. 426. GEORGIVS FERRARIVS CREMONENSIS SIBI POSTERISQVE SVIS MDXXCII. quæ fortasse pedum frictu consumpta nullibi extat. Quam ego descripsi, quæque omnibus patet, ille non novit. An idem hæc fecerit, an vero extiterint Georgii duo, ejusdem, vel alterius familiæ Ferrariæ, divinare non ausim.

Alterius inscriptionis humi positæ formam cognoscere studens operam perdidi: consumptæ enim pedum frictu assiduo literæ perierunt. Illam forte vidi in libro de Origine Templi ejusdem, quem Am-

Ambrosius Landucci Senensis Ordinis S. Augustini edidit Romæ typis Francisci Monetæ anno 1646. Descripta vero est pag. 200. tali modo.

MARTIÆ IVLIANÆ CREMONEN. MAXIMO
IN DEVM ET DEIPARAM VIRGINEM CVLTV
PIETATE ET CHARITATE IN PROXIMVM
ADMIRABILI FRVGALITATE PVDICITIA
MORVM SVAVITATE CETERISQ. ANIMI ET
CORPORIS DOTIBVS INSIGNI LAZARVS
REALDI COLVMBI CREMONEN. CHIRVRGI
CELEBERRIMI FILIVS CHIRVRGVS ET IPSE
CONIVGI BENEM. FECIT . VIXIT AN. XL.
OBIIT KAL. IVLII ANNO SAL. MDLXXVII.

Realdus Columbus, de quo mentio fit in hoc lapide, præstantissimus anatomicus, atque chirurgus fuit. Publice docuit Patavii anno 1540. ; deinde Pisis an. 1544. ac demum Romæ an. 1548. ubi editum ejus volumen de re anatomica, quam complexus est libris xv., hoc titulo, *Realdi Columbi Cremonen. in almo gymnasio Romano Anatomici celeberrimi* da re anatomica libri xv. Romæ kal. Junii 1559. Quod opus ea ætate ferebatur in primis recusumque fuit Venetiis an. 1569. in officina Nicolai Bevilaquæ, & an. 1587. apud Jac. Brechtanum Parisiis an. 1562. typis Ægidii Lilii: Francofurti apud Jo. Wechelum an. 1590. 1593. ; & germanice redditum a Jo. Andrea Schenckio an. 1608. An Romæ, & quo anno Realdus Columbus obierit nondum compertum habeo. Nullum enim, quod extet, monumentum eidem positum fuit.

Hic edendorum monumentorum finis. Quæ enim dicenda restant de Paulo Sfondrato Cardinali, & Episcopo Cremonensi, cujus illustria Romæ in Templo S. Cæciliæ extant monumenta, iis adjungam, quæ de Gregorio XIV. ejus patruo scripsi, quum in unum collecta omnia, & emendata rursus parabo fublicam.

Postremum tibi nuncio, me ineunte Majo ad te venturum, ut tuo per aliquot dies perfruar jucundissimo aspectu. Alia etiam, ut Umbriam relaxandi animi gratia percurramus, nos allicient, atque

que impellunt, scilicet Joannis Francisci Arigonii Præsulis, & amici suavissimi invisendi causa, qui Tifernatibus præest, & in ipso juventutis flore ita præest, ut qua virtute se præbere valeat in amplissimis quibusque muneribus præclare obeundis judicari facile possit: tum novus Perusinorum Antistes Alexander Maria Odoardus, quem multis abhinc annis summopere colo, ipsumque Episcopatum adeuntem admiror, tanta est illius prudentia, pietas, gravitas, humanitas cum magna in egenos commiseratione conjuncta, ut non novum, sed peritum jam Ecclesiæ, & expertum Pastorem dicas. Quantam vel hinc capturus sim voluptatem, intelligis. Interim cura ut valeas, meque, ut semper fecisti, tibi addictissimum dilige.

Dabam Romæ xvi. Kal. Majas an. 1776.



IN-

INDEX RERUM

LITERA *a* PRIMAM PARTEM INDICAT, *b* SECUNDAM.

A

B

C

D

F

Fact.

G

H

C. In-

I

L

M

N

R

S

Va-

Z

EDITIO ABSOLUTA
TYPIS GENEROSI SALOMONI
ANNO ÆRÆ VULGARIS MDCCLXXVIII.
DIE XXII. JULII
UNIVERSAM ECCLESIAM FELICITER REGENTE
SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
PIO DIVINA PROVIDENTIA PAPA VI.
PONTIFICATUS EJUSDEM
ANNO IV.

APPENDIX

AD MONUMENTA CREMONENSIUM

QUÆ ROMÆ EXTANT.

APPENDIX CONTINET MONUMENTUM THOMAE AUGUSTINO RICCHINIO MAGISTRO SAC. PALATII POSITUM . FRANCISCUS M. POLLIDORIUS ORD. PRAED. MAGISTER S.THEOLOGIAE ILLUSTRATUM ILLUD DEDIT AD AUCTOREM HUJUS LIBRI ATQ. ACERBISSIMUM EJUS LUCTUM ELEGANTI COMMENTARIOLO LEVAVIT QUEM EDERE NON DISTULIT . VIRTUTES ENIM EORUM QUOS CAROS HABUIMUS VULGARE ATQUE IMMORTALITATI TRADERE NON PARUM ADDIT SOLATII. ACCEDIT AUCTORIS AD POLLIDORIUM RESPONSIO QUAE EXHIBET QUAMDAM CONSUETUDINIS RICCHINII AVUNCULI SUI IMAGINEM ABSQUE MENDACIO.



Rev.mus P. Fr. THOMAS AUGUSTINUS RICCHINIUS
Ord. Praed. Sacri Palatij Ap.lici Magister

Petrus Frassi Cremonensis pinxit, eidemq. Civi suo Clarissimo
L. M. D. D.

Ant. Campanella Sc.



D · O · M

PII . VI . PONT. MAX. ANNO . V
F. THOMAE . AVGVSTINO . RICCHINIO
CREMONENSI . ORD . PRAED
MAGISTRO . S. PALATII . APOSTOLICI
PIETATE . INGENIO . DOCTRINA
SCRIBENDI . ELEGANTIA
PRAESTANTISSIMO
QVI . VIXIT . AN. LXXXIII. M. IX. D. XVII
FF. PRAEDICATORES . CREMONENSES
SODALI . INCOMPARABILI
ET. OPTIME . DE . SE . MERITO
M . P
OBIIT . XII. KAL. FEBR. MDCCLXXIX

FR. FRANCISCUS MARIA POLLIDORIUS

ORDINIS PRÆDICATORUM

FR. THOMÆ AUGUSTINO VAIRANO EJUSD. ORDINIS S. P. D.



UUM volumen Monumentorum Cremonensium, quæ extant Romæ, a te anno superiore in vulgus editum, legissem, & paucis ab hinc diebus positum Thomæ Augustino Ricchinio Palatii Apostolici Magistro in æde S. Mariæ supra Minervam monumentum vidissem, hoc equidem addendum esse volumini tuo intellexi, non magis quod ille Cremonam habuit patriam, quam quod magnam reliquit sui famam doctrina, & virtute partam. Jam vero rogassem te, mi Vairane, & etiam orassem, ut ejus quoque vitam conscriberes, atque vulgares, si me, quæ tua modestia esset, lateret. Novi enim, ita esse te animo comparatum, ut satius ducas, res præclare gestas Ricchinii proferri a nemine, quam a te, qui eum habuisti avunculum. Nam plerosque futuros prospicis, qui & dignum te reprehensione judicent, quasi tua prædicaris, tibique narranti de consanguineo, dubitent, ac adhibeant fidem. Ego autem etsi modestiam laudem, probemque consilium tuum, tamen hoc pro benevolentia nostra mihi sumpsi, ut ejusdem vitam, breviter quidem, explicarem, ut, si a te vulgetur, saltem brevitate, si non elegantia, vitis illis tuis par esse videatur. Pergratum mihi erit, si meum hunc emittas qualemcumque laborem, quo testatum cuique fore puto, quanta avunculum tuum, quem mei amantissimum cognovi, observantia colerem.

THomas Augustinus Ricchinius Petri, & Antoniæ Soffejæ filius, Cremonensis, tertio nonas Aprilis anno MDCXCV. natus est honesto genere. Hujus imaginem consuetudinis, atque vitæ dubito quemadmodum exprimam, quod vereor, ne quantus fuerit ille vir minus lucide appareat. Nam a pueritia ad extremam usque ætatem nunquam otium sequutus est, sed multis semper, variisque perfungi laboribus rei Ordinis Prædicatorum publicæ, & Catholicæ Ecclesiæ caussa, non destitit.

stitit. Itaque majora, & potiora persequar, quo ejus imago clarius exprimatur, consulaturque brevitati, ne fatigentur lectores.

Hic puerulus, utpote non amplius novem annos natus, cum celeriter acciperet quæ tradebantur, studium Rhetoricæ hortatu præceptoris arripuit, brevique tempore tantum in ea progressum fecit, ut omnibus condiscipulis, etiam majoribus natu, anteponeretur, & confectis ab eo lucubratiunculis nonnulli viri docti mirifice delectarentur. Vorsa autem magis cum latina, tum italica, quam prorsa oratione explendescebat. Cujus docilitate, celeritateque ingenii captus Julius Vincentius Crottus Ordinis Prædicatorum vir imprimis gravis, quum ejus voluntatem profitendi eumdem Ordinem cognovisset, fecit, ut Cœnobii Cremonensis alumnus esset. Corregii exacto tyrocinio Ricchinius Bononiam venit, ut operam Philosophiæ navaret. Hic eruditus a Friderico Toccolo Parmensi philosophicas theses publice sic propugnavit, ut cum magnam peradolescentuli industriam omnes suspicerent, Paulus Hieronymus Galleratus Præfectus Provinciæ utriusque Lombardiæ Ordinis Prædicatorum, cui dicatæ theses fuerant, eum non secus ac filium cœperit diligere, & juvare quibuscumque rebus posset. Universos quoque condiscipulos, quorum magnus esse numerus in Bononiensi Cœnobio solet, consuetudine sua sic sibi devinxit, ut iis perpetuo fuerit carissimus. Inde Regium Lepidi, annoque MDCCXV. Mediolanum profectus, utraque in urbe studio Theologiæ deditus, selectas ex ea propositiones pari felicitate defendit. At Mediolani annos circiter quatuor moratus, non modo qualis esset theologus, sed etiam poeta, ostendit. Nam poemata typis vulgata italice confecit duo, quorum uni titulus est: *L' ombre svelate*, alteri: *L'impegno delle virtù*, a musicis ad chordatum, & tibiarum sonum in æde S. Mariæ Gratiarum cantata, festis S. Thomæ Aquinatis diebus. Quæ tanti fecit Innocentius Frugonius poeta multo elegantissimus, illo tempore Mediolani degens, ut intimam amicitiam cum Ricchinio sibi pepererit, eique auctor fuerit, ut in cœtum cooptaretur Arcadum Romanorum. Quo factum est, ut Franciscus Arisius Coloniam Arcadum Cremonæ constitueret, posito Ricchinio in primorum numero, eidem tributo Gesaltis Scandei nomine.

Sacerdotio initiatus Ricchinius, anno secundo postquam Bononiam revertit, a Præfecto Provinciæ missus ad Casalenses, docuit Philoso-

losophiam tum ad Brixienses, Ethicam, data ei venia, ne Bononiam demigraret, quod in ea urbe aeris temperie minus salubri uteretur: deinde ad Veronenses, Theologiam. Apud quos omnes ita versatus est, ut universi non minus ejus doctrinam, quam prudentiam, & ingenium admirarentur. Casali, cum apud Mossios, Pastronios, Mirolios, aliosque nobiles viros plurimum gratia valeret, coortas quandoque inter eos simultates facillime composuit: cumque inveteratæ controversiæ de hæreditate quindecim millium aureorum finem facere Piccus Pastronius, & Piccus Uvilius vellent, rem ejus arbitrio permiserunt. Qua de controversia tanta æquitate constituit, ut libentissime utraque pars acquiesceret, & Casalenses eum efferent in cælum laudibus: cumque Pastronius grati animi ergo non modicam pecuniam dono dare Ricchinio vellet, is oblatam constantissime recusavit, magnum existimans quæstum, cognosci, se non pecuniæ, sed hominibus esse amicum. Veronæ doctissimos viros sibi devinxit Scipionem Maffæjum, Alphonsum Montanarium, Ottolinium, Vallarsium, & Ballerinios, quorum pervulgata sunt nomina.

Hoc in tempore decus illud, & ornamentum Ordinis Prædicatorum, totiusque Ecclesiæ, immortali memoria dignum, Benedictus XIII. Pontificatum Maximum tenebat, cujus erat a studiis, ut ajunt, secretis, & bibliothecæ Præfectus Joseph Aloysius Andujar ejusdem Ordinis, qui adhuc superstes annos natus VI. & LXXX. singulari sapientia Episcopatum gerere pergit Dertonensium. Is intimus Ricchinio cum plane nosceret hominis virtutem, majoremque in modum cuperet gratum facere Pontifici, & suam amico benevolentiam ostendere, impetravit a Thoma Ripollio Magistro Ordinis Prædicatorum, ut Romam arcesseretur, obtentu assequendi citius, quam legibus eorum licitum esset, Magisterii Theologiæ gradum.

Igitur Novembri mense anno MDCCXXVIII. ille Romam pervenit; ac post non multo tali ornatus honore transiit in Palatium Summi Pontificis apud Andujarem. Hic ita vixit, ut omnia amico suo officia præstaret, & cum nihil neque insolens, neque gloriosum ex ore ejus exiret, effugeret aulicorum invidiam. Quamobrem Pontifex eum sufficere in locum Andujaris constituit, quem designarat Perusiæ Episcopum. At priusquam Consistorium indixisset, IX. Kalendas Martias anno MDCCXXX. Benedictus ex hominum conspectu morte decessit.

Quamvis magna tunc commutatio rerum facta est, tamen cum Ricchinius nullum detrimentum existimationis fecisset, tanta ejus fuit apud S. R. E. Cardinales opinio ingenii, atque virtutis, ut unus omnium deligeretur, qui in funere talis, tantique Pontificis orationem latine conficeret, & in Templo Vaticano recitaret. Quam, licet valetudine minus commoda uteretur, non amplius quam trium dierum spatio conscripsit, & imaginem optimi, ac religiosissimi Pontificis sic expressit, ut nihil nobilius. Quare non Romæ modo, sed etiam in aliis compluribus urbibus, atque imprimis Bononiæ, Ferrariæ, & Augustæ Vindelicorum ea oratio quantocius edita typis fuit.

Mense post obitum Pontificis fere tertio Ricchinius relaxandi animi caussa Roma profectus est, aditque ad Laurum Piccinellum Præfectum Provinciæ Lombardiæ, in qua lustranda eidem adfuit socius. Deinde cum Cremonam divertisset, in justis exequiarum Victorii Amadei II. Regis Sardiniæ latine scripsit, & x. Kal. Januarias anno MDCCXXXII. in sacra æde FF. Prædicatorum recitavit orationem, maximo plausu doctorum, sapientumque virorum. Paulo post Bononiam venit, ubi Theologiam annos duos adolescentes sui Ordinis multa industria docuit. Nam iis & complures dictavit dissertationes, quæ ad declaranda dogmata Catholicæ Religionis, & historiam pertinent, & præcepta, veluti rationem, & viam, quibus percipere theologicas disciplinas facilius, & commodius possent. Quo tempore animum appulit ad exscribendos, & adnotationibus illustrandos libros, quos Moneta Dominici institutoris Ord. Præd. discipulus, doctrina & integritate vitæ clarissimus, confecerat adversus hæreticos Catharos atque Valdenses. Sed eum ab incœpto retardavit patrii sui Cœnobii præfectura, quam non inire non potuit mense Aprili anno MDCCXXXVIII.

Hac in præfectura non minus ille diligens cœnobita habitus est, quam bonus paterfamilias. Nam legibus Ordinis parebat, quantum poterat, suosque, ut iis parerent, sæpe monebat, & hortabatur; atque imprimis, ut formatis ad pietatem moribus, doctrina, prece, oratione de rebus divinis sempiternæ suæ, & reliquorum mortalium saluti consulerent. Cumque ad hæc plurimum prodesse Theologiæ, & bonarum artium studia nosset, jam tum instruere majore copia librorum bibliothecam cœpit. Odeum, in quo matutinæ preces noctu persolvuntur, commodiore quidem loco extruit, tabulario ad superiores

ædes

ædes translato, accuratum indicem membranarum, codicum, omniumque actorum confici; hospitum domicilium instaurari, & maximam Cœnobii scalam, ne leviora persequar, magnifice exædificari curavit, quin ullum res familiaris detrimentum caperet.

Pari se diligentia, & solertia præbuit, cum nondum exacta Cremonensi præfectura, Romam arcessitus Thomæ Ripollio Magistro Ordinis Prædicatorum adfuit socius in rebus gerendis Italiæ. Summa humanitate aditum petentibus conveniendi dabat, & mira comitate ad se, aut ad Magistrum scribentibus respondebat, nullique fide, opera, rebus deesse conabatur. Poterat autem plurimum apud illum sapientissimum nonagenarium senem, quod esset prudentiæ, & consilii plenus, & æque promptus in gerendis, quam in excogitandis rebus. Ejus jussu non modo omnes encyclicas, ut vocant, litteras latine, easque elegantissime scripsit, sed etiam difficillimam gessit procurationem apotheosis virorum, & mulierum Ordinis Prædicatorum innocentia morum, & prodigiis illustrium; cumque decreti cuiquam ab Ecclesia fuissent beatorum, aut sanctorum honores, præclare illius gesta breviter sic exposuit, ut in divinis officiis recitentur. Sed ex his elucent maxime, quibus Catharinam Ricciam colimus. Longum est omnia enumerare, & non necessarium.

Interim numero Theologorum Casanatensium adlectus, cum intellexisset editum in vulgus fuisse Dantis Alighierii opusculum potestati, & juri monarchico Pontificis Maximi oppositum, quantocius typis vulgandum curavit librum Guidonis Vernani Ariminensis Ordinis Prædicatorum, quo Dantis conatus, eique assentientium audacia reprimerentur, cui libro procemium docte a se confectum præfixit. Deinde latine scripsit libros duos, quorum unus est de vita, & studiis Vincentii Ludovici Gotti S. R. E. Cardinalis, viri doctissimi, alter de vita, & cultu B. Alberti Villæoniensis: italice vero Epitomen vitæ S. Catharinæ de Ricciis. Sed magni ejus opera æstimata est, cum libros Monetæ, de quibus supra mentionem fecimus, edidisset. Nam & hujus laudes diligenter persequutus est, & qui hæretici Cathari atque Valdenses fuerint, ex quibus orti, quibus artibus suas sectas propagarint, quæ portenta errorum sequuti, quibus moribus imbuti, quibus ritibus diditi, accurate ostendit. Totum vero opus divisum in libros quinque perpetuis adnotationibus sic ornavit, ut qui eas legat,

a 5 non

non minus suspiciat maximum ejus laborem; quam multam eruditionem, atque doctrinam. Nam præter variantes, quas dicimus, lectiones, subtexuit testimonia SS. Patrum, quibus Monetæ sententiæ mirifice confirmantur, copioseque exposuit, veteres & novos hæreticos homines turpissime in nonnullis labi, quæ Cathari, & Valdenses peccarunt. At ingenue Ricchinius testatur, sibi in iis adnotationibus conscribendis adjumento fuisse Thomam Mariam Mamachium, qui paucis ab hinc diebus, VI. Kal. Februarias, merito dictus est Sacræ Congregationis Indicis Secretarius.

Benedictus XIV. tunc temporis Reipublicæ præerat Christianorum. Is optimus, & doctissimus ingeniorum æstimator, & judex, ut comperiit ex iis, quæ Ricchinius monumentis tradiderat litterarum, qua virtute valeret, sæpius ejus, quam aliorum excellentium virorum, uti opera cœpit, & quoad vixit, uti nunquam cessavit. Constat inter omnes, qui tunc apotheoses Sanctorum procurarunt, Benedictum Pontificem nihil de iis prius decernere solitum fuisse, quam Ricchinii sententia cognita, & nullam ex quamplurimis *lectionibus*, quas vocant, *Sanctorum* probasse, nisi quam ille confecisset, aut correxisset, aut probasset. Ejusdem jussu Ricchinius Martyrologium Romanum (quod Joannes V. Rex Lusitanorum fieri postulabat) ab innumeris pæne mendis, non amplius quam octo mensium spatio correxit, inque vulgus edidit. Hæc qualia sint, facile judicabunt ii, qui norunt, Benedictum XIV. libros de Canonizatione Sanctorum vulgasse singulari doctrina refertos, & quantæ sit difficultatis stylo ecclesiastico, ut ajunt, ita scribere, ut lectorum animi incendantur pietate in Sanctos, & religione in Deum. Quod si quis dubitet, talem fuisse Ricchinii stylum, is *lectiones* ejusmodi legendo, an vera de eo prædicentur, intelliget.

Quamvis tantopere occupatus Ricchinius in imperatis Summi Pontificis faciendis, tamen nunquam non adfuit socius, omni cura diligentiaque munere perfunctus suo, cum Thomæ Ripollio, tum Antonino Bremundio, qui ejus post obitum delectus est Ordinis Magister. At ille anno MDCCXLIX. altiorem ascendit honoris, & dignitatis gradum. Nam renunciatus est a Benedicto Pontifice Sacræ Congregationis Indicis Secretarius, Josepho Augustino Urso, postquam Nicolaus Aloysius Rodulphius diem obiit supremum, Magistro Palatii Apostolici suffecto. Qua in dignitate sic se gessit, ut miram ejus humani-

manitatem plerique omnes suspicerent; & cum amicis urbana officia præstaret, & non difficulter tribueret petentibus legendi libros prohibitos facultatem, eum omnes non minus amarent, quam vererentur.

Ejus autem diligentiæ in eo munere persungendo, cum complura possumus proferre testimonia, paucis contenti erimus, ne videamur non vitam ejus enarrare, sed scribere historiam. Proscripta Bibliotheca Janseniana, quod in ea complures non doctrinæ modo, sed etiam pietatis, & orthodoxiæ laude illustres Scriptores, atque imprimis Cardinales Bona, & Norisius per summam calumniam in numerum Jansenistarum referebantur, edita in vulgus fuit nomine Doctoris Sorbonici ad amicum Belgam Epistola plena adversus Ricchinium contumeliarum, & mendaciorum. Is cum intelligeret, ejusmodi epistola magnam non minus sibi, quam toti Congregationi Indicis apud imperitos conflari invidiam, gravissimam dedit epistolam nomine Romani Philaletis ad Theologum Lovaniensem de justa Bibliothecæ Jansenianæ proscriptione; qua mirifice defendit Congregationis dignitatem, & suam. Neque vero ab incœpto deterritus Ricchinius fuit, quod ei doctor ille Sorbonicus respondisset. Nam rescripsit copiosius: sed satius duxit non vulgare alteram epistolam, quam non gerere morem Antonino Bremundio Ordinis Magistro hortanti, ne vulgaret, si vellet fieri controversiæ finem. Nam satis fuisse priorem epistolam ad depellendam calumniam, & contemni eos oportere, qui tunc se vicisse existimant, cum postremi responderint.

Sequuta est delatio libri inscripti *de Duello honoris vindice*, cujus proscriptio decreta fuit a Patribus Congregationis Indicis. In hoc autem Ricchinii fuit prudens consilium, ut ex multis pravis sententiis auctoris ejus libri deligerentur non amplius quam tres, quæ simul cum duabus ejusdem generis traditis ab aliis auctoribus proscriberentur. Tali consilio probato Benedictus Pontifex litteras apostolicas, quarum initium est *Detestabilem*, emisit, quibus delectæ illæ quinque sententiæ adversus Duelli defensores proscribuntur. Præclarum hoc quoque Ricchinii, quod rationem proscribendorum librorum sic exposuit, ut sapientissimus ille, atque doctissimus Pontifex nihil immutarit, aut correxerit: atque ea quidem ratio, cujus initium est hujusmodi: *Sollicita, & provida* in diplomatibus Benedicti XIV. numeratur cunctis doctrinæ laude præstantibus viris probata. Præterea novum confecit jussu ejusdem

dem Pontificis, vulgavitque anno MDCCLVII. proscriptorum librorum Indicem. Sed hæc nihil opus est pluribus verbis commemorare. Id unum intelligi volumus, Ricchinium apud Benedictum XIV. tantum gratia, opinioneque virtutis valuisse, ut ei adesset in multis rebus. quod ex epistolis, quas sæpe Pontifex ad eundem dedit, cognoscimus. Quare fuerunt, qui dicerent, Benedictum Pontificem non habuisse satis, Ricchinium augere redita in singulos annos, quamdiu vixisset, scutatorum centum, & annumerare *Examinatoribus* Episcoporum; sed etiam majora illi decrevisse, quæ, cum anno MDCCLVIII. diem obierit supremum, perficere non potuit.

Clementis quoque XIII. qui Benedicto XIV. successit, benevolentiam Ricchinius consequutus est suis virtutibus. Nam cum Clemens S. Palatii Apostolici Magistrum dixit, ubi Josephum Augustinum Ursum in S. R. E. Cardinalium Collegium anno MDCCLIX. mense Septembri adscripsit. Pari se ille diligentia in tanto officio, tantoque munere fungendo præbuit, ac in priore fuerat. Quod si minus ex sententia quandoque res cecidit, id non Ricchinio quidem tribuendum est, sed edendorum cognitoribus librorum. In Congregationes, more majorum, receptus supremæ Inquisitionis, & Sacrorum Rituum, singulis semper sic interfuit, ut ejus consilia, atque suffragia magni æstimarentur. Atque hoc non cognitum, sed auditum a compluribus Consultoribus prædicamus; quod nefas sit ea proferre. Mirum autem videbatur, eum quamcelerrime & reperire in voluminibus Patrum, & aliorum excellentium veterum, novorumque Scriptorum quæ sibi opus erant, & suffragia conscribere, ut fama exiit, præclarissima. Idem æque in laude fuit apud Patres Congregationis Indulgentiarum, Examinis Episcoporum, & Parochorum, & eorum, qui in Archigymnasio Romano Theologiæ laurea donantur. Horum quemque oratiuncula latina adeo apposite laudabat, ut omnes, qui aderant, Ricchinii nativam quamdam eloquentiam, non adscitam admirarentur. cumque poetice, ut initio diximus, delectaretur, interdum binos, aut quaternos latinos versus addebat. Quibus rebus, & summa præsertim humanitate effecit, ut apud quoscumque esset, haberetur carissimus. Cum ne eas quidem horas, quibus Romæ relaxandi animi, & valetudinis caussa, interdiu ad spatia pergere, ac deambulare necesse est, vacuas esse vellet, ad aliquem bibliopolarum, aut typographorum adire

adire solebat, ut diligenter munere fungeretur suo: librosque data occasione comparabat, quibus Cœnobii sui Cremonensis Bibliothecam copiosius in dies instrueret. In eam tam multa, tamque selecta volumina contulit, nedum quæ ad Theologiam, Philosophiam, & Historiam, sed etiam ad artes quasque liberales pertinent, ut omnes ejus urbis, & complures Longobardiæ præclariores bibliothecas præstet. Neque vero eam libris tantummodo instruxit, sed etiam annuo scutatorum fere quinquaginta reditu dotavit. Quod est signum pietatis, & liberalitatis erga patriam, & suos.

Interim etsi tam variis, iisque gravissimis curis distineretur, tamen vertente anno, jussu Clementis XIII., vitam B.Gregorii Barbadici latioe conscripsit, quæ cunctis probata non modo Italis, sed etiam Hispanis, Gallis, Germanis, aliisque nationibus fuit, non minus propter elegantiam sermonis, quam ordinem, & delectum præclare gestarum rerum. Cætera, quæ idem scripsit, præterimus, quod typis vulgata non sint, & facile ex iis, quæ hucusque attigimus, cognosci possit, Ricchinium cupiditate flagrasse nunquam otiandi, sed dignitati munerum, quæ gessit, & communi Ordinis sui, & totius Ecclesiæ utilitati diligenter serviendi. Quare minime mirandum est, non modo Benedictum XIV. sed etiam Clementes XIII. & XIV. & Pium VI. qui nunc singulari Dei O. M. beneficio annum jam quintum Christianam Rempublicam moderatur, ejus opera usos fuisse, & ingenium aptum ad omnes res laudasse.

Tali modo cum IV. & LXXX. annos complesset, & ad extremam senectutem virtutum fama crevisset, nactus est morbum, quem initio medicus tertianam putavit. Sed cum modo lumbi, modo intestina, modo scapulæ, aliæque corporis partes doloribus graviter premerentur, cognitum est, rheuma, & podagram, qua interdum conflictatus fuerat, serpere. Igitur die postquam decubuit septimo, iis maleficis humoribus thorace adstricto, Ecclesiæ Sacramentis munitus naturæ debitum reddidit XII. Kal. Februarias an. MDCCLXXIX. Elatus est more Auditorum Rotæ, & in æde S. Mariæ supra Minervam sepultus cum inscriptione in marmore insculpta quam tu, mi Vairane, Cremonensium monumentis addes. Sed velim plura ut inquiras, & quam citius edas. Fac ut valeas.

Dat. X. Kal. Apriles anno MDCCLXXIX. Romæ in Collegio Pœnitentiariorum Apostolicorum Basilicæ S. Mariæ Majoris.

OPERA A RICCHINIO EDITA

Oratorio per la novena del S. Natale da cantarsi nella Chiesa di S. Maria della Rosa de' RR. PP. dell' Ordine de' Predicat. Milano 1715.

Le Ombre svelate. Oratorio da cantarsi nella Chiesa Ducale di S. Maria delle Grazie &c. nella festa di S. Tommaso d'Aquino. Milano presso Federico Bianchi 1718.

L'Impegno delle Virtù. Oratorio per la stessa festa. Milano presso il medesimo.

Epinicio per la solenne professione di Suor Maria Giuseppa Teresa Ricchini nel Monastero di S. Elena in Canneto l'anno 1724.

In Funere Benedicti XIII. Pont. Max. Oratio ad Emos & Rmos S. R. E. Cardinales habita in Vaticana Basilica a P. Thoma Augustino Ricchinio Cremonensi Ord. Præd. S. Theol. Mag. IV. Nonas Martii anno MDCCXXX. Romæ ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ.

In Funere Victorii Amadei II. Sardiniæ, Hierusalem, Cypri Regis &c. Oratio habita in Templo S. Dominici Cremonæ a P. F. Thoma Augustino Ricchinio Ord. Præd. S. T. M. X. Kal. Jan. 1732.

L'Imitazione del P. S. Domenico proposta alle Religiose Claustrali del di lui Istituto da un Religioso del medesimo Ordine. Bologna, Napoli &c.

Catalogus PP. Priorum Conventus S. Dominici Cremonæ quotquot reperiri potuerunt ab anno 1238. ad 1740. additis suo loco Comitiis Provincialibus ibidem celebratis.

De Vita & Studiis F. Vincentii Gotti Ord. Præd. S. R. E. Card. Commentarius. Romæ typis Hier. Mainardi 1742. & in collectione Opusc. P. Calogerà to. 28.

Vener. P. Monetæ Cremonensis Ordinis Præd. S. P. Dominico æqualis adversus Catharos & Valdenses libri quinque, quos ex manuscriptis codd. Vaticano, Bononiensi, ac Neapolitano nunc primum edidit, atque illustravit P. F. Thomas Augustinus Ricchinius ejusd. Ord. S. T. M. ac Collegii Casanatensis Theologus. Romæ 1743. ex Typographia Palladis. Excudebant Nicolaus, & Marcus Palearini.

De B. Alberto Bergomensi Cremonæ denato Tertio Ordini S. Dominici adjudicando. Dissertatio Historica Bononiæ jam edita, & recens aucta. Mediolani 1746.

De Vita & Cultu B. Alberti Villæonensis Tertii Ordinis S. Dominici. Commentarius. Romæ apud Hieronymum Mainardum 1748.

De Vita ac Rebus gestis B. Gregorii Barbadici S. R. E. Card. Episcopi Patavini libri tres. Romæ 1761. ex Typographia Pontificia Vaticana apud fratres Salvionos.

FRAN-

F. FRANCISCO M. POLLIDORIO

ORDINIS PRÆDICATORUM

F. TH. AUGUSTINUS VAIRANI EJUSD. ORD.

S. P. D.



I aliquid mihi unquam accidit gratum, & jucundum, id sane est, quod abs te nudius tertius accepi, mi Pollidori carissime, de vita Thomæ Augustini Ricchinii avunculi mei scriptum benevolentia, gravitate, omnique elegantia refertum. Effecisti, ut, ne cogitans quidem, haberem statim libro meo addendum a te illustratum tanti viri monumentum, quod non modo mihi, & civibus meis, sed omnibus litteratis viris fore acceptissimum dubitari non potest. Quare non modo de nobis, sed etiam de universa eruditorum republica optime te scias esse meritum. Ego equidem sponte mea huic elucubrando operi calamum non admovissem, quamvis ea de Avunculo prædicassem, quæ omni suspicione adulationis caruissent. Sed nunc gaudendum mihi est, quod conspiratione quadam factum sit, ut jam abunde Ricchinii præclare gesta monumentis litterarum tradita sint, ac mirifice pervulgata. Primum enim Domaneschius vitam illius scripsit in libro de rebus Cœnobii Cremonensis, deque illustribus, qui ex eo prodiere, viris. Scriptores deinde Ephemeridum Romanarum de elogio cogitant eidem contexendo in Anthologia ineuntis Aprilis. A te deinum elucubratum aureum commentariolum in lucem emitto, & libro Cremonensium monumentorum adjungo. Quibus certe nihil splendidius ad ingenium, dignitatemque Ricchinii exornandam desiderari posse videtur.

Is sane præclara edidit doctrinæ, & litterarum, quibus excelluit, monumenta; & quum non minus præstaret vitæ innocentia, optimaque consuetudine, ac demum mira quadam in rebus agendis alacritate, dexteritate, diligentia, factum est, ut annos omnino quadraginta, quibus Romæ egit, magna in celebritate semper fuerit, & habitus omnium consensione pius, apertæ voluntatis, sapiens, eru-

eruditus, & talis denique vir, ut quidquid aggrederetur, egregie conficeret. Quæ singula quum hominibus laudem pariant, conjuncta, singulari naturæ munere, ita aliquos ornant, ut supra cæteros jure attolli videantur, ac quodammodo eminere. Tempus ita partiri solebat, ut quum nunquam in otio esset, pluribus rebus agendis eadem die operam daret. Erat enim adeo ferventis ingenii, & naturæ, ut neque unam rem diu agere, neque uno in loco diu posset consistere. Hinc illa festivitas, qua ad eum simul advenientes negotiorum causa statim audiebat, atque ita remittebat, ut vel contenti percepta re essent, vel ejus dictis libenter acquiescerent propter ejus comitatem. Ad ea quæ meditabatur statim redibat, & ne effugerent, scripto consignabat, moxque de alia re libros consulebat, inde conscribebat epistolas, canonicas horas recitabat, carmina condebat, scripta typis imprimenda accurate legebat, ut non unum hominem, sed plures eidem muneri incumbere dixisses. Libros evolvebat etiam animi levandi causa. Id enim illi sciendi cupido jucunditatem afferebat, quod mensæ assidenti obsoniorum varietas solet. Scriptores in quolibet scientiarum, & artium genere noscebat pæne omnes, eaque erat memoria præditus, ut non solum nomina auctorum, sed etiam eorundem lucubrationes, ipsasque editiones compertas haberet: quod viro acerrimi ingenii adjumento erat, quum pro munere de rebus gravissimis scriberet, & efficiebat quoque, ut selectos ad Cœnobium Cremonense Ordinis sui transmitteret libros, quibus comparandis sedulo incumbebat. Quare instructissimam fere condidit bibliothecam, reliquitque nobilissimum monumentum amoris, quo litteras prosequebatur. Quæ muneris sui erant, multa profecto, & gravia, nunquam intermisit, nisi lecto decumbens; quo tempore id unum illi afferre mœrorem videbatur, quod Congregationibus, ut vocant, adesse non posset. In his vero sive de censura librorum ageretur, sive res ad Theologiam, & mores pertinentes expenderentur, sive de probandis sanctorum virorum virtutibus, ac miraculis quæstio esset, ita disserebat, ut omnes doctrinam illius, judiciumque commendarent. Magnus enim Theologus & habebatur, & erat. In causis præsertim Sanctorum discutiendis ita versabatur, ut appareret, illum non modo doctrinam ad virtutes pernoscendas, sed etiam medicæ facultatis systemata ad

mira-

miraculorum veritatem investigandam e propriis fontibus copiose hausisse. Hæc vero omnia voluptatem audientibus eo majorem afferebant, quod explendescerent styli nitore, elegantia, suavitate. Itaque fama claruit virtutibus parta, quæ cum fortunæ munus non sit, magnum affert solatium viris sapientibus, qui ad immortalitatem respicientes, vitreæ gloriæ sonitum vulgo admirandum relinquunt. Tristem illum, diuque mœrore obrutum vidisses, si male evenissent, quæ ad munus suum pertinebant. Nihili vero faciebat honores, quos interdum fortuna ludens ei objiciebat, quosque ipsum promeruisse homines prædicabant. Natura erat hypocondriacus. Comitate tamen, liberalitate, humanitate sibi omnes devinciebat. Quos enim poterat, juvabat, miraque erat in omnes voluntate. Ita vero erigebatur ejus animus, quum in circulo esset, ut occasione arrepta de re qualibet promptissimo ingenio, ac erudite, acuteque diceret, & amœnitate quadam sermonem condiret. Nullas exercuit inimicitias neque cum litteratis. Nihil in eo non ingenuum, non moderatum, non pudicum. Cultu domestico usus est semper ad modestiam composito, sed eleganti, ut vitæ illius institutum ferre poterat. Parce vescebatur, & simplicibus cibis, ac facillimis ad concoquendum. Bellariis vero libenter indulgebat, quibus pituitam gigni opinio medicorum est. Postremis annis, quum tussi conflictaretur, sola aqua abunde utebatur, quod præcepta Smithii clarissimi medici percepta haberet. Ea tussis cum excreatione pituitæ a podagra, qua interdum laboraverat, ortum habuit, quæ interius serpens nulla potuit ratione absumi. Quum vero corporis vires ætate debiliores fierent, ipsa podagræ vis eum rheumate conjuncta in maximo hyemis rigore primum latera, humeros, caput, tum pectus invadens ipsum proditoris more jugulavit. Vixit sensibus integer usque ad extremam senectutem, diemque obiit nulla unquam, ut optaverat, remissa muneris sui parte. Hæc ipse testatus est annum agens octogesimum his versibus.

Octoginta meæ decurrunt annua vitæ
  Tempora jam variis exagitata malis.
Nec tamen effœto languent in corpore vires,
  Nam regit innatus membra victa vigor.

Non

Non lapsi aut moti dentes, non crura vacillant,
 Non obtusæ aures, nec tremebunda manus.
Non lippi aut hebetes oculi, non torpida mens est,
 Sed rerum exacti temporis usque memor.
Verum quod superest, si quid superesse statutum,
 Id labor atque dolor vitæ abeuntis erit.

Jam bis octo mihi decurrunt plena laboris
 Lustra, & adhuc lasso non datur ulla quies;
Sed graviora humeris adduntur pondera onustis,
 Augentur curæ, nec tamen auctior ops.
At licet attritæ maneant in corpore vires,
 Nulla optanda mihi, nulla perenda quies.
In bello miles occumbit, in æquore nauta,
 Et decet in propria quemlibet arte mori.
Ergo age, ad extremam juvat usque operarier horam,
 Hæc vitæ, hæc nostri meta laboris erit.

Res ei pro voto cessit, ut dixi. Iis enim valuit corporis, & animi viribus, ut paucis, antequam morbo corriperetur, diebus, carmina etiam scripserit vulgatissima, quibus Justinum Febronium ad frugem redeuntem, & PIUM VI. Pont. Max. alloquentem induxit.

De pietate illius erga Deum hoc solum afferam testimonium, me scilicet in ejus scriptis ingentem reperisse latinarum precationum numerum, quas in dies exarabat, quibusque pro opportunitate utebatur. Aliquas etiam ex iis, quæ in ore omnium versantur, latinis versibus exposuit, veluti illam ad B. Virginem.

Cælorum Regina potens, purissima virgo,
Numinis alma parens, hominumque pissima mater,
Vita, salus miseris & spes certissima salve.
Quos Eva e Cælo pulsos detrusit in istam
Exilii vallem suspiria mœsta trahentes
Suppliciter lacrymis ad te clamamus obortis.
Eja age, qua pietate soles, miserata gementes,
Maternos oculos in nos converte benignos.

Post

Post hujus fluxæ fac nos discrimina vitæ
Aspectu gaudere tuo, fructusque beati
Virginei ventris visu gaudere perenni,
Virgo pia, & clemens, dulcissima virgo Maria.

Otium nunquam Riechinius secutus, nullas transigebat vacuas horas. Mensa enim, & lecto consurgens vel legebat, vel scribebat, vel aliquid meditabatur. Amplissimos dignitate, vel doctrina viros semper coluit. Jucundissime cum amicis versabatur. sed cogitationem alio divertebat, nisi utile aliquid, vel sale conditum diceretur. Quum eruditus fere in rebus omnibus esset, & nativa quadam elegantia, & gratia prædıtus, voluptatem ipso sermone afferebat. Præcepta artium præsertim picturæ, & sculpturæ percepta habebat, & quæ pulchra erant, & perfecta io operibus summorum artificum attingebat, quæque castiganda esseot, recte pronunciabat, ut pictores ipsi libenter euoı audirent. Denique incredibilis quædam, & prope singularis vis ingenii in eo fuit, & integritate vitæ, doctrina, eruditione, cæterisque ornamentis floruit, ut in tam multis annis nullam unquam famæ, existimationisque jacturam fecerit.

Imaginem jam vides, Pollidori carissime, Riechinii nostri, quæ iis, qui eum noverunt probata, ut quidem puto, propter rerum veritatem, coloribus tamen tuis si illustrata esset, placeret etiam propter elegantiam. Sed meis, qualescumque sint, delineanda erat. Nemo enim me propius, neque diutius cum illo vixit. Vale.

Dat. ex ædibus oostris in Palatio Quirinali kal. Aprilis 1779.

